




# **Lazari Bayfij Annotationes in legem II De captiuis & postliminio reuersis : in quibus tractatur de re nauali**

<https://hdl.handle.net/1874/433581>





**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat


**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board



106


7

106.

e.









N. 67. C.

gerstauer d 23. 9. 02







**D**atu

**D**omi

**D**ane

**D**omi

**D**omi

**D**omi

**D**omi

**D**omi

**D**omi

**D**omi

**D**omi

**D**omi

**D**omi

**D**omi

**D**omi

**D**omi

**D**omi

**D**omi

**D**omi

**D**omi

**D**omi

**D**omi

**D**omi

**D**omi

**D**omi

**D**omi

Fragment of a manuscript page with Latin text and red ink markings. The text is partially obscured by damage and includes the words "con" and "bus".

con  
bus

Fragment of a manuscript page with Latin text and red ink markings. The text is partially obscured by damage and includes the words "con" and "bus".

Fragment of a manuscript page, mostly blank or heavily faded, showing the right edge of the text block.










N<sup>o</sup> 230. r.

L. 2<sup>mo</sup> 1790. 1.

 LAZARI

BAYFII ANNO-

TATIONES IN LEGEM II

De captiuis & postliminio reuersis,

in quibus tractatur De re nauali,

per autorem recognita.

EIVSDEM Annotationes in tractatum

De auro & argento legato,

quibus Vestimētorū & Vasculorū genera explicātur.

His omnibus imagines ab antiquissimis monumentis  
desumptas ad argumenti declarationē subiunximus.

I T E M

ANTONII THYLESII De coloribus

libellus, à coloribus uestium non alienus.



*Excursione Hub. à Büchel*

BASILEAE ANNO M D XXXVII



1850

THE STATE OF NEW YORK

IN SENATE

JANUARY 1850

REPORT

OF THE

COMMISSIONERS OF THE LAND OFFICE

IN ANSWER TO A RESOLUTION PASSED

BY THE SENATE, MARCH 1849

AND BY THE ASSEMBLY, APRIL 1849

ALBANY: PUBLISHED BY VAN NEST & CO.,

PRINTERS, 1850.

ALBANY: PUBLISHED BY VAN NEST & CO.,

PRINTERS, 1850.



1850



Van Nest & Co. Albany

ALBANY: PUBLISHED BY VAN NEST & CO.,

PRINTERS, 1850.



FRANCISCO  
VALESIO REGI FELICISSIMO  
LAZARVS BAYFIVS VICTORIAM



FRANCISCO VARRONI  
asseuerati disciplinas omnes,  
Rex regū Christianissime,  
in Græcia intra mille annorum  
tempora & inuentas & perfectas,  
facile credat is, qui ad huius  
seculi felicitatem, qua mirabiliter sub

te principe fruimur, animum conuertere non graua-  
bitur. Te enim & authore & adiutore, his paucis qui-  
bus Galliarum clauum tenes annis, plus promouisse  
literarum linguarumque studia uidebit, quam quantum  
sub alijs omnibus ab aduētu Francorum in Gallias  
nostris principibus. Sunt de Regibus nostris, qui Iu-  
dæorum gentem superstitioni deditam è Gallia ex-  
terminauerint: tua maiestas, exclusa Iudæorū super-  
stitione, Iudæorum linguam Lutetiæ Parisiorum sic  
uigere uoluit, ut habeat non paucos, qui literarum  
Hebraicarū cognitione cum ipsis Iudæorum Rabi-  
nis possint decertare. Græcos autē eos in tua Gallia



## EPISTOLA

aluisti, qui ualeant reuocata Mafsiliensium memo-  
 ria cum ipsis *αὐτόχθοσι* non solum de disciplina-  
 rum elegantia, sed etiam de ipso atticismo *ἑσπερατί-  
 κως* contendere. Iam uerò eam militaris disciplinae  
 curam suscepisti, ut nemo uel Christianorū uel Bar-  
 barorum principū paratior habeat equestres exer-  
 citus, qui quum maiorum artibus, tum uerò tuis in-  
 stitutis edocti, mira alacritate sunt ad dimicandum.  
 Quid dicam de robore militum legionariorū? quos  
 tu nuper ad Romanorum exemplum in tota Gallia  
 describendos deligendosq; summo studio non mo-  
 dò curasti, sed quorum etiam delectum oculis tuis  
 lustrasti: ut Gallia tua non solum equitatu, quo sem-  
 per floruit, sed etiā peditatu iam suos fines sine ullo  
 externo milite tueri possit. Nec rei naualis cura omis-  
 sa. Testis est præclara illa Franciscis ad Gratiarum  
 portum tuo iussu (contracta ad effectum eius ope-  
 ris multitudine fabrorum naualium) ædificata. Quæ  
 non modò *τραπέζην*, ut Antigonis illa ab anti-  
 quis celebrata, sed *ἐπιπέζην* iure dici debeat, &  
*ἀνόλεθρον*. quippe quæ in medio Oceano arcis in-  
 star inter reliquas naues esse possit: nihilq; præter  
 ignē, Syrtes, & breuia timeat, omnibus ipsa ex æquo  
 formidolosissima aduersariis. Testes sunt & phaseli  
 illi (uulgus galeonas uocat) quos noua ratione in ora  
 maritima Britanniae minoris (quæ Venetia à Cæsare  
 dicitur

DEDICATORIA

dicatur) ædificādos curasti: qui non solum in conclu-  
 so mari nauigare possint, sed in uastissimo atq; aper-  
 tissimo Oceano tempestatibus imperēt, usque adeo  
 apti sunt (ut Catulli dictum usurpem) siue palmulis  
 opus sit uolare, siue linteo. Iam uerò triremes Masi-  
 liæ plures unus tu maiorum tuorum naualibus adie-  
 cisti, quàm eorum (pace beatissimorū dixerim) quis-  
 quam unquam optauerit. Principes enim mediterra-  
 nei nescio quo pacto rem nauticam (quod ad mare  
 internū attinet) neglexerant, ad Oceanumq; Britan-  
 niæ animum solum intenderant. Quocirca nos qui  
 nullo nostro merito, sed aliquo literarum nomine  
 commendati, à tua uerè regia liberalitate & sacerdo-  
 tio aucti, & magistratu ornati sumus, ne ingrati iure  
 habeamur, quæ Venetijs quum essem, à loci celebri-  
 tate admonitus, è Græcorū Latinorumq; monimen-  
 tis nauigia collegi, tuæ maiestati mihi omnibusq; sa-  
 cro sanctæ dicare constitui Rex regum potētissime.  
 Putaui etiam non solum negotij, sed etiam otij, quo  
 illic plurimo mihi per tuam indulgentiam frui licuit,  
 reddēdam tibi rationem. Et sanè quod mihi à nego-  
 tijs publicis superfuit temporis, id omne in euoluen-  
 dis utriusque linguæ authoribus consumpsi. Quod  
 ipsum ita esse facile iudicet, qui hæc nostra legere  
 non grauabitur. Illud unum, quod illis legendis non  
 sine admiratione animaduerti, in præsentia tuæ di-  
 gnitati



## EPISTOLA

gnitati considerandum proponam: miram fuisse antiquorum in nauibus ædificandis, instruendis, armandis celeritatem. Primo Punico bello classem Duellij imperatoris ab arbore excisa, LV die nauigasse: ducentas & uiginti naues effectas diebus XLV contra Hieronem regem. Secundo Punico bello Scipionis naues, eo instante operi, die XLV quàm ex syluis detracta materia fuerat, instructas armatasq; in aquã deductas. Quid si ex Polybio addidero Romanos contra Carthaginienses septingentas quinqueremes amisisse: Carthaginienses eodẽ bello ad quingentas? Quis id credat? Nec mirum si hæc fidem non habebunt apud homines nostros, qui & Venetorũ quinqueremem unam admirantur, & tuam totidem ordinum, quæ illam symmetria superabit, gratulabundi expectant. Verũ de tuæ maiestatis fide, qui omnem antiquitatem memoria tenes, non magis laboro, quàm de impetranda à clementissimo principe uenia sum sollicitus, si nos in tot reficiendis instaurandisq; nauibus alicubi lapsi fuerimus: qui etiam tuæ maiestatis potius, quàm dioscuroꝝ turbulentissima fortunæ tempestate in alto iactati, fidem & auxilium implorare debeamus. Vincat tua maiestas ac ualeat.

Lutetiæ Parisiorum VIII cal. Septemb.

M D XXXVI.

# CAROLVS STEPHANVS

MEDICVS LECTORI S



VAS inspicias inter legendū in his opusculis passim depictas Nauium, Vestium ac Vasculorum figuras, Lector, eas scito quum ex antiquissimis monimētis, tum maximè ex uetustioribus illis marmoribus, quæ etiam hodie Romæ conspiciuntur, desumptas fuisse. Quæ quòd & erant antiquissimæ, & morem ueterum prom-

ptius atque apertius (iis præsertim qui sunt antiquitatis studio) reuocare uidebantur, suis locis, ut uides, insertæ sunt.

Nolim autem te tantam iis fidem adhibere, ut ad unguem effictas fuisse credas etiam in ipsis marmoribus. Id enim nõ ignoramus, quod artificis libidini potius quàm ueritati respondeat.

Vnde plurimum deceptos credimus eos, qui certitudinis aliquid in marmorum antiquorum statuis hætenus posuerunt:

Cuiusmodi quiddã in triremi uidere poteris, quæ certè Bayssij iudicio, triremibus antiquorum non respõdet. Quis enim fieri

posset, ut ea ratione *τρίημις*, quæ quadraginta ordinum nauis dici potest, in mari nauigare posset? Tibi itaque tantum

hoc referre possumus Lector, eam propemodum quam uides nauium atque aliarum rerum formam ex antiquissimis mar-

moribus ad expressam effigiem translata: iudicium autem, quandò incertissimum uisum est, doctis relictum fuisse: nobis

in hoc negotio haud parum satisfecisse demum existimati,

si tibi tuisquẽ studiis nostram hanc mediocrem diligentiam placuisse & iuuisse cognouerimus. Vale.





LAZARI BAYFII

ANNOTATIONES IN L. II. TRACTA-  
tus De captiuis & postliminio reuersis  
& de redemptis ab hostibus,  
lib. XLIX Pandectarū.

L. II. Marcellus,

NAVIBVS LONGIS ATQVE ONERARIIS  
PROPTER BELLIVSVM POSTLIMI-  
NIVM EST: NON PISCATORIIS, AVT  
SI QVAS ACTVARIAS VOLVPTATIS  
CAVSA PARAVERVNT.



NTEQVAM ad huius legis  
interpretationē aggredior, le-  
ctiorem premonitum uolo, ut  
existimet me in studiosorum  
gratiam id oneris suscepisse,  
Qui (si modo affecutus sum  
quod uolebam) hisce meis ui-  
giliis non mediocriter iuuari  
poterunt, modo ne grauetur  
ista nostra in manus sumere,

& tāta animi uel æquitate uel alacritate percurrere, quā  
ta nos ea diligentia, quantoq; tum studio, tū sudore con-  
scripsimus. Euoluendū nobis fuerunt omnes qui extant  
utriusq; linguæ authores, ut inde sumeremus ea quæ ad  
naualis nostri, & armamentarij ornāmētum facere uide-  
rentur: in quibus sane colligendis, & undiq; conquiren-  
dis, non parum molestiæ nobis fuit: in habendo autē de-  
lectu iudicium adhibui, quale quātumq; potui, confere-  
dis

dis collidēdisq; inter se Græcorum & Latinorum locis, ut (si qua fieri posset) aliquam ex his scintillam veri excuterem. Quod quidem, ut uidere est in toto opere, conati sumus: & tamen fatemur in tanto rerum antiquarū naufragio multa necessariō nos latuisse: quæ neq; colligere, neq; animaduertere, nedum reficere potuimus: usque ad eo iacent illa undis obruta, & in profundo demersa, & *ὑπὸ βῆθῳ* Ponti sepulta. Quæ si quis in lucem reuocare poterit, ei me plurimum debere præ me feram: eumq; rei & naualis & nauticæ peritissimum cōfitebor. Tibi in præsentī quæ potuimus è naufragij reliquiis colligere, lector afferimus. Quæ, si tibi probantur, sumus aliquid: sin minus, sed nolo in initio operis malè ominari. Ipsi certè in hoc otio nihil potius habuimus, quo ad traducendū hoc tempus uteremur. In hoc tractatu nō ineptū fuerit eum ordinē sequi, qui nobis præscriptus est à Marcello iureconsulto. Quare de lōgis nauibus primò dicemus: mox de onerarijs: deinde de piscatorijs: postremo de actuarijs: quibus auctarij nomine ipse adiciam reliqua, quæ non aliena ab instituto opere & suscepto uidebuntur.

## DE NAVIBVS LONGIS



**P**HILOSTHEPHANVS apud Pliniū in septimo naturalis historię author est, Iasonem primum nauigasse longa naue: nec id alienum uidetur ab eo quod scriptum est à Diodoro Siculo quinto *Βιβλιοθηκης. ἢ πρῶτον μὲν ποδὶ τὸ πῦλον ναυπηγήσασθαι τὸ σκάφος πολὺ μείζονα καὶ τῆς λοιπῆς κατασκευῆς ἢ τῶν τότε συνήθων ἑσπερὶ βῶλλον, ἢ τὰ χερσαίως πλείονος τότε ἀνθρώπων ἢ μικροῖς παντελῶς ἀκαταίως.* id est, & primū quidem ædificatam circa Pelium nauem, & magnitudine & reliquo apparatu cōsuetum eo tempore modum excedentem, quod illius ætatis homi-

nes



nes ratibus ferè & paruis acatijs uehi mos esset. Et pau-  
 lopost subdit, Ἡ δὲ ναυὶ ἀργῶν πλοκαγοροδυνῶναι ἢ ἢ μὲν πνας  
 τῶν μυθογράφων ἀπὸ τοῦ τοῦ σκάφου ἀρχιτεκτονίου γενέσθαι ἀργῶν καὶ  
 συμπλοκῶν τῶν ἐνεκῶν τῶν θύρα πόνειν αἰεὶ τὰ πονῶντα μόρῃ τῆς  
 νεώς, ὡς δ' ἔτι λέγουσι ἀπὸ τοῦ τῶν ἀρχῶν ἰσοβολῆς ὡς αὐτῶν  
 ἀρχαίων ἀργῶν ἢ ταχυῶν πλοκαγορευόντων. id est, uocatam autē  
 Argō nauem, ut nonnulli fabularū scriptores asserūt, ab  
 Argi cuiusdā nomine, qui quidē eā extruxerat, simulq;  
 nauigarat, quō siquē nauis partes laborarēt, eas ipse refi-  
 ceret ac curaret. Sunt & alij qui existiment, id nauī nomi-  
 nis ob eximiam illius celeritatem inditum, ἀργῶν quippe  
 (aiunt) celerē ueteres appellauisse. Tullius in primo Tu-  
 scularū eam dicit nominatam Argo, quia Argiui in ea  
 delecti uiri uecti petebāt pellem inauratam arietis. Illius  
 autē nauigationis mentio est apud Herodotū in ἑλσιώ,  
 his uerbis: μετὰ τὴν ταῦτα ἑλληνικῶν αἰτίων τὴν δευτέρην ἀδικίαν γε-  
 νεῖσθαι, κατὰ πλώσαντας δὲ μακρῆν νηὶ δὲ αἰάν τε τῆς κολχίδος καὶ ἰδί-  
 φάσιν ποταμῶν ἔνθεν τε μὲν Ἰαπεριεαμίδος καὶ τὰλλα τῶν ἐνεκῶν ἀπὸ  
 κορυφῆς ἀρπάζουσι τὴν βασιλῆος θυγατέρα μηδείην. id est, post hæc  
 autē Græcos alterius iniuriæ authores fuisse. Nauigātes  
 siquidem ad Colchorū regionem & fluuium, quem Pha-  
 sim uocant, quum obtinissent ea, quorū gratia in loca  
 illa uenerant, regis præterea filiam nomine Medeam rap-  
 tuisse. Et uocabatur Argō à fabro nauali qui eam ædifi-  
 cavit, si Apollonio credimus in primo ἀργοναυλικῶν.

νηῶν δὲ ὑπὸ κρηάτως ἀργῶν ἰσοδομοσίωνισιν  
 ἔφασκεν πᾶν πρῶτον ἐστρεφεῖν ἔνθεν ὄπλων. Sic ex  
 tempore uertimus iuniorum gratia, ut possit intelligi:  
 In primis nauem diuinis artibus Argi  
 Extructam, intus compingunt habili armamento.

Etiam si Pherecides dicat, eam nomen sumpsisse ab Ar-  
 go, filio Phryxi: τὰ δὲ τῶν ἀπὸ φάσιν πρῶτῶν ναυῶν γηνεῖσθαι μακρῶν,  
 b. 2 ἄλλοι




ἄλλοι δὲ λέγουσι Δαναοῦ δρωκόντων ἐπὶ αὐτῆς πρὸς τὴν λατῆρα κινεῖ  
 ται, ὅθεν καὶ Δαναὶς ἐκλήθη. id est, hanc autē aiunt primam  
 fuisse longam nauem: alij Danaum dicunt ab Aegypto  
 pulsam primū eius generis nauem parasse, unde & Da-  
 nais uocata fuit. Hæc ideo adiecimus ex Commentarijs  
 in Apolloniū, ut scias nullam de Danao factam mentio-  
 nem apud Plinium, quum ex multis autoribus diuersos  
 referat longæ nauis inuentores, quum ait. Hegesias Pa-  
 ralum, Ctesias Samyam, Saphanus Semiramīn, Archi-  
 machus Aegeonem. Nauium longarum multa mentio  
 apud Tullium, Cæsarem, & reliquos receptos authores,  
 quibus legēdis facile agnoscitur discrimen inter longas  
 & onerarias. Tullij epistolarū familiarū lib. XII. Lentu-  
 lus S. P. Q. R. quam suspiciōnē consequutæ res aliquot  
 sunt, maximè q̄ subito ex Lycia Sex. Marius & C. Ti-  
 tius legati Dolabellæ à classe discesserunt, nauiq̄ longa  
 profugerunt, onerarijs relicti: in quibus colligēdis, non  
 minimum temporis laborisq̄ consumpserant. Cæsar in  
 III cōmētariorū: Quibus adductis eos in fidem recepit,  
 nauibus circiter LXXX onerarijs coactis contractisq̄,  
 quot satis esse ad duas legiones transportādas existima-  
 bar: quicquid præterea nauium longarū habebat, quæsto-  
 ri, legatis, præfectisq̄ distribuit. Idē in III. Quibus de re-  
 bus Cæsar à Crasso certior factus q̄ ille aberat longius,  
 naues interim lōgas ædificari in flumine Ligeri quod in-  
 fluit in oceanū, remiges ex prouincia institui, nautas, gu-  
 bernatoresq̄ cōparari iubet. Idem in IIII. Ad hæc cogno-  
 scenda prius q̄ periculum faceret, idoneum esse arbitra-  
 tus, C. Volusenū cum nauī longa præmittit. Idem in eo-  
 dem: Quod ubi Cæsar animaduertit, naues lōgas quarū  
 & species Barbaris erat inusitator, & motus ad usum  
 expeditior, paululum remoueri ab onerarijs nauibus &  
 remis

remis incitari, & ad latus apertum hostiūm cōstitui, atq; inde fundis, tormentis, sagittis hostes propelli ac submo ueri iussit: quæ res magno usui nostris fuit: nam & nauīū figura & remorum motu & inusitato genere tormentorum permoti Barbari constiterunt, ac paulūm modò pedem retulerunt. Liuius in VII tertiæ decadis: Inde Tarentum profectus in ipsis faucibus portus posuit castra, naues quas Liuius iuuandis cōmeatibus habuerat, partim machinationibus onerat, apparatusq; mœniū oppugnādorū, partim tormētis & saxis omniq; missiliūm telorum genere instruit, onerarias quoq; non eas solū quæ remis agerentur. Quorum uerbis planum fit longas incitari remis, onerarias uerò nequaquam. Græci, naues longas, μακρὰ πλοῖα uocant. Polybius in VI *ἤν δὲ βοηθησάν τιν ἐκνεύονσε δύο μακρῶν πλοίων αὐτάνδρων*, id est, quum autem hi auxiliūm tulissent, duabus ipse longis nauibus cum ipsis hominibus potitus est. Appianus de bello ciuili, *ὃ ἢ ἐν τῇδε πρὸς λαβῶν ἀνήγειρο χημῶνος ὑπὲρ ὀλίγων, αἱ δὲ ἤλαρον αὐτῶν νῆες ὀλίγαι μακρῶν ἑσθλῶν καὶ σικελίαν ἐφθόγγον*, id est, hic autem quum & hæc in suam potestatē recepisset, per hyemem onerarijs inde recessit, pauca enim quas habebat longæ naues Sardinia & Sicilia præsidio erant. Herodotus in loco suprâ citato utitur μακρῆ νηί, id est, longa naue, ad differentiam σρογγύλων, quibus utitur idem Herodotus in eadem, in hæc uerba: *οἱ ἢ φωνάειδον ἔπι ναυπλίμοι μακρῆσι πρῶτοι ἐλλήνων ἐχρήσαντο, καὶ τότε ἀσπίλων καὶ τῆ τυροσίλων ἢ τῆ βιβηλίαν καὶ τὴ τάρπησον ἔπι εἰσὶν οἱ καταδέξαντες, ἢ αὐτίλων ἢ ἔσρογγύλοισι ναυσίη ἀλλὰ πρυπτικῶν τῶρμοσι*, id est, Græcorum primi Phocæses longis nauigationibus usi sunt, Adriaticum Tyrrhenumq; mare, Hiberiam atq; Tartessum occuparūt: nauigabant autem non onerarijs nauibus, sed actuarijs, quæ quinquaginta remis agerentur



tur. Thucydides in I. φαίνε δ' ἡ τούτα πολλάς ἡρεαῖς ὕσθαι  
 ἡρώδης τ' ἑταιροῦ, ἴσηρσι ἢ ὀλίγαις χρώμενα, πρὸς ἡλικοντόροις δὲ  
 ἐπὶ τῇ πλοίοις μακροῖς ἐξήρτυμένα ὡσαύτ' ἐκείνα. id est, uiden-  
 tur autem hæc multis post Troianorum res seculis facta  
 fuisse. Et paucis quidem utebantur triremibus, actuarijs  
 autem quæ quinquaginta remis agerentur, & longis præ-  
 terea nauibus instructi erant, non secus ac illi.

εἰς ἑξήκοντα, quæ uiginti remis agebatur, apud antiquos talis fuit,



Minores plerunq; uiginti, triginta aut quinquaginta re-  
 mis agebantur, & à Græcis dicebantur εἰς ἑξήκοντα, τετρακόντα

ἑξήκοντα


ἄρσθ & πρῶτον ἄρσθ, cuiusmodi sunt ea quas Veneti  
 barcas longas uocāt. Diodorus in II de successorib. Alex.  
 ἀγαθοκλῆς ἡ δὲ οὐλοῦ ἱστικόν τὸν μετὰ τῆ μάχῃ νεναιπηγημένους τῆ  
 ἑτοῦσαν ἀπέστειλεν εἰς συρακόων δρέπας ἐμβιβάων τὸν ἱστικόν.  
 id est, Agathocles aut post praelij finem duas naues qua  
 triginta agerētur remis, ædificādas curauit: quarū alterā  
 Syracusas misit, ualētissimis ei impositis remigibus. He  
 rodotus γὰρ μετὰ πλοῖον τρισὶ ἱστικόν τὸν μετὰ τῆ μάχῃ  
 ἀπὸ τῶν συρακόων εἰς τὸν ἱστικόν ἀπέστειλεν. id est, tribus xxx remorū actuarijs ad  
 Membleari liberos & successores delatus est. Plutarc. in  
 Theseo, τὸ ἡ πλοῖον γὰρ ὡ μετὰ τῆ ἡθῆων ἐπλοῦσε ἢ πάλιν ἐσώθη  
 τῆ ἱστικόν τὸν μετὰ τῆ μάχῃ τῆ φελλῶν τῆ φελλῶν τῆ φελλῶν  
 ναῖοι, τὰ μὲν παλαιὰ τῆ φελλῶν ὑφαιρῶντες. ἀλλὰ δ' ἐμβάλλοντες ἐξυ  
 ρὰ ἢ συμπεκνῶντες ἄρσθ, ὡς ἢ οἱς φιλοσόφοις εἰς τῆ ἀνφορμῶν λό  
 γοι ἀμειβομένη πρὸς ἀλλήλους τὸ πλοῖον εἶν. τῆ μὲν ὡς τὸ αὐτὸ, τῆ ἢ ὡς  
 ἢ τὸ αὐτὸ ἀμειβομένη λεγόντων. id est, nauē aut illā in qua cū iuue  
 nibus nauigarat & iterū inde redierat, quæ quidē xxx  
 remis agebat, ad Demetriū usq; Phalerei tēpora cōserua  
 rūt Atheniēses, ueteres quidē amouētes tabulas: in earū  
 aut locū sufficiētes alias ualidas, atq; ita compingētes, ut  
 in eorū quæ augētur, philosophorū disputatione illa du  
 bia, exemplū huius nauis propositū fuerit. Asserebant  
 enim alij eādē, alij contēdebant contrā non eandē per  
 manere nauē. Quæ uerba Plutarchi ideo protuli, ut sciri  
 posset nostros Iurecoss. sequutos fuisse sententiā eorū,  
 qui censuerūt eandē rem pmanere, quorū decretū positū  
 est ab Alfeno in tract. de iudicijs. l. pponēbat, his uerbis:  
 Itēq; si nauis adeo saepe resecta esset, ut nulla tabula eadē  
 pmaneret, quæ nō noua fuisset, nihilominus eandē nauē  
 existimari. Paulus etiā in. l. inter stipulātem. §. sacrā. ff. de  
 uerb. oblig. illius nauis meminit. τῆ ἱστικόν τὸν μετὰ τῆ μάχῃ  
 Herodotus & Thucydides in locis suprā citatis, & idem



Herodotus in Melpomene, ὅτω δὴ ἐλλοισι δύο πηνησων  
 πόρως ὄν τῆ πλατουάν. id est, sic quidem duas quinquagin-  
 ta remorum actuarias in Plataeam miserūt. Diodorus in  
 II de successorib. Alex. πρὶ ἧ τῆ γῆ σικελία πραγματῶν ἀγω-  
 νιῶν ἀφρακτὰ καὶ πηνησων πόρως ναυπηγησάμενος ἐνεβίβασε στρα-  
 τῶτας διχίλιος. id est, quum autē ille de rebus Siculis an-  
 xius esset, aphractis, & quinquaginta remorū actuarijs  
 ædificatis, duo milia militum in illas imposuit. Polybius  
 in primo, πρὸς κούραρον δὲ ἔ τὰ πηλοισι τῆ πλοίων βίβησι καὶ  
 πηνησων πόρως ἔ τὰ μέγιστα τῆ ἀκαπίων. id est, parabant autē  
 quæ reliqua erāt nauigia, triremes, quinquaginta remo-  
 rum actuarias & maxima acatia. Et id genus nauigiorū  
 cōmuni uocabulo μονήρη dicitur ab authore nescio quo,  
 fortasse Polybio, prolato à Suida in uocabulo δίκροτα.  
 Quæ ita habēt πλοῖα μονήρη δὲ, ὅστις ἂ καὶ δίκροτα κατεσκευά-  
 σαντο. quo loco μονήρη dicit ea quæ pluribus quidē re-  
 mis agerētur, sed unico tantum per transtra & sedilia re-  
 mo, & non binis aut ternis aut etiam pluribus incitaren-  
 tur: quæ fortasse λείλυτες etiam dicta sunt, translatione  
 sumpta ab equis celsitibus, de quibus in actuarijs dice-  
 mus. Xenophon autem in secundo, ἐλλωικὸν δίκρότους,  
 & μονοκρότους naues dixit eas, quæ quum triremes (opί-  
 nor) essent, propter tamen absentiam remigum, & socio-  
 rum naualium duobus tantum uel unico per transtra re-  
 mige incitarentur: quum tamen possent ternis agi, si ad-  
 fuissent remiges. Verba Xenophontis sic habent, ἐσίμα-  
 νον ὄν τὰς ναῦς εὐκθεῖν ἢ τῆ λεράως, διεχέδ' ἀμλίων ἧ τῆ ἀνθρώπων  
 ὄν τῶν, αἰ ἢ τῆ νεῶν δίκροσι ἢ ἑαυ, αἰ δὲ μονόκροσι, αἰ ἧ παντελὸς  
 λευαί. id est, signo dato iussit totis uiribus concurrerent  
 ad auxiliū nauibus ferendum. Quum autem socij naua-  
 les in diuersas partes ad sua quisq; negotia discessissent,  
 nauium nōnullæ duobus tantum ordinibus agebantur,  
 alia


alia uerò unico tantum ordine: quædã autẽ prorsus uacua remigibus erant. Strabo uerò in VII *μονόροσθον* dixit pro nauibus quæ unico tantum remorum ordine agerentur. quo loco mendum inest in uulgatis codicibus. Legit enim *μονήκατον*, ubi legendum existimamus *μονόροσθον*. Verba Strabonis hæc sunt, *Ἡ νεώχεια ἐν οἷς ἀνέδυνε νεώτερον ἢ δεκά νείων ἀκροβατίου ἀπὸ μονόροσθον μέχρι δεκάροσθον*. id est, sunt & naualia in quibus Cæsar undeuiginti naues, decimarum nomine dedicauit ab uno remorum ordine usque deciremes.

Talis fuit biremis apud antiquos,





*Alia ratio biremium, quæ fortasse antiquior,*




Hanc quoque birem formam, ex antiquioribus puto,






Fiebant & biremes hoc pacto,




*Etiam tali modo depictas biremes uidimus,*






*Rursum alia biremium forma, sed prioribus ferè respondens,*





*Etiam hac forma pictam biremem uidimus.*



Illæ porro quæ binis remis agebantur, à Romanis dicte sunt biremes, à Græcis *δικροτα* potius quam *διήρδω* usurpatū uideo, etiam si apud ipsum Suidā *διήρδω πλοίου* legatur: quod tamen ipsum non memini me legisse apud probatum authorem. Polybius in sexto uidetur noluisse uti eo uocabulo, sed potius *δικρότα*, ut palam fiet ex ipsius uerbis quæ ita habent, *ἦν αἰς ὧν ἔπιπλοία τε ἠρδων τε, τὸ τῶν κατέφρακτα μὲν ἕκαστα διαφρόντα ταῖς κατασκευαῖς, τὰ δὲ λοιπὰ τεύχεος ἔδικροτα ἔκλειθησαν.* id est, inter quas erant naues quadraginta, quarū uiginti constratæ omni nautico apparatu egregiè instructæ, reliquæ triremes, biremes & actuariæ erant. Vides ut quum potuisset scribere *διήρδω*, ut dixit *τεύχεος*, maluit dicere *δικροτα*. credo quòd sic usurpatū uidebat à probatissimis authoribus linguæ Græcæ quos sequebatur. Appianus quoque Alexandrinus in Mithridatico, his uerbis, *καὶ νῆες κατέφρακτοι τετρακῆσσι, δικροτα δὲ ἑκατὼν ἢ ἄλλοι πρῶτον ἀνὰ τὸ πῶν.* id est, tercentum constratæ naues, dicrota centum, cum reliquis harum armamentis. Idem in eodem, *ὁ δὲ βασιλικὸς ἰσὶν παραπλοῖσιν, ῥοδία δικροτα ἑπὶ αὐτῶν ἀνάχθη.* id est, quum autem regis oneraria nauis uelis præteriret, biremis Rhodia in eam impetum fecit. Quin & Tullius epistolarum ad Atticum xvi. eo uocabulo usus ad amicum est, dum ait: Nam & ipse Domitius bona habet planè dicrota, suntq; nauigia præterea luculenta Sex. Buciali, cæterorūq; : nam Cæsij classem, quæ planè bella est, non numero. Idem Tullius in quinto ad Atticum: *ἄφρακτα* Rhodiorū & dicrotum Mitylenorum & aliud catafscopium. Quare fit ut existimem apud A. Hirtium, aut si quis est alius qui quartum De bello ciuili librum conscripsit, dicrota octo, non dicrotas legendum, ut habetur in uulgatis: Capit ex eo prælio pentiremem



pentiremem unam, triremes duas, dicrota octo, complu  
 res remiges Octavianos. Cæsar ipse in tertio De bello ci  
 uili, biremes dixit, his uerbis: Quatuor biremes subie  
 ctis scutulis, impulsas uectibus in interiorem partem  
 transduxit. Liuius decadis tertiæ libro quarto: Legati ab  
 Orico ad M. Valerium prætorem uenerunt præsiden  
 tem classi Brundusio, Calabriaeque circa litoribus, nūtan  
 tes Philippum primū Apolloniā tentasse leuibis bi  
 remibus centum uiginti, flumine aduerso subuectum:  
 deinde ut ea res tardiore spe fuerit, ad Oricum clam no  
 cte exercitum admouisse. Tullius in Verrem actione se  
 prima: Reprimebat enim tibi & imperadi uim, & rogan  
 di conatum præclara illa non populo Romano reddita  
 biremis, sed prætori donata cybea. Tranquillus in Iulio  
 Cæsare: Nauali prælio in modum cochleæ defosso lacu  
 biremes ac triremes quadriremesque Tyriæ Aegyptiæque  
 classis magno pugnatorum metu cōflixerunt. Biremes  
 autem leues dictæ à Liuiō in loco supra scripto, à Roma  
 nis dicebantur Liburnicæ, si Appiano credimus in Illy  
 rico, ἐγγύοντο λίβυρνοι γένος ἑσπέρου ἰλλυριῶν, οἱ τῶν ἰώνιου καὶ  
 τὰς νήσους ἐλθόντων ναυσίμω καίαις τε καὶ κούραις, ὅθεν ἐπὶ νῦν  
 ῥωμαῖοι τὰ κούραι καὶ ὄφθα δίκροτα, λιβυριδίας προλαγορύσσιν.  
 id est, fuerunt Liburni alterum Illyriorum genus, qui Ion  
 nium mare & quæ in eo sunt insulas prædabantur cele  
 ribus & leuibis nauigiis, unde etiam nunc leues & cele  
 res biremes Romanis Liburnicæ uocantur.



Fiebant autem ab antiquis Liburnicae, siue biremes celeres  
ferè hoc pacto. Si his binis remum addideris, fiet triremis.



Lucianus in dialogo qui ἑρωτες inscribitur, ἐπὶ πάλαι μοι πλείη δεινομελῶν ταχυνάων σκάφος εὐρέπισο τῶτων τῶ δειρότων, οἷς μάλιστ' ἀλιθυνοὶ δοκῶσι, ἔθνος ἰωνίω κῶλω πῶωνισμῶν. id est, cogitanti mihi in Italiam naue proficisci, apparatus est nauis quædam leuis & expedita ex earum biremium genere, quibus maximè uti uidentur Liburni, natio quæ sinum Ionium accolit. Tranquillus in Augusto: Tempestate in traiectu bis cōflictatus, primò inter promontoria Peloponnesi & Aetoliæ, rursus circa montes Ceraunios, utrobique parte Liburnicarū demersa, simulque eius in qua uehebatur fulsis armamentis & gubernaculo diffracto. Quo loco Trāquillus Liburnicas pro leuibus biremibus dixisse uidet. Plutarchus in Catone uidet Liburnica annumerare inter eas naues, quæ non erant aptæ ad belli cōflictum, sed ad præcurrendū potius & speculandū, his uerbis, ὄρμησε μὲν ἐρχομένου τῶ λατῶν τῶ νεω ἡγεμονίαν, ἢ ἄρα ἢ πεντακοσίων μὲν ἐκείλων ἀεμέχοι, λιβυρική δὲ ἑ κατὰ σκοπικὰ καὶ ἀφραγὰ παμπληθῆ. id est, uoluit enim Catoni totius classis imperium deferre: erant autē ad belli usum idoneæ non pauciores quingentis: Liburnicæ uerò, speculatiuæ & apertæ complures. Tamen ex eodem Plutarcho in Antonio uidere est, Liburnicas etiam habuisse κατὰ σκοπικὰ dum ait, ἦν τῶ τῶ δὲ λιβυρινίδες ὠφθησαν διότι καὶ πρὸ καί τῶ, ὁ δὲ ἀντιπρωρου ὑπὸ σφῆρι τῶ ναυῶ λευκῶς τὰς μὲν ἄλλας ἀνέσσει. εὐρικλῆς δὲ ὁ λάκων ἦν ἐκείνῳ ἑταίρος λόγγυλνα λευκῶν ἀπὸ τῶ κατὰ σκοπικῶν ὡς ἀφίσω εἰς αὐτῶ. id est, interea Liburnicæ apparatus erant quæ à Cæsare missæ persequabantur Antoniū: ille autē obuerti nauem iubens, reliquarū quidem impetum repressit: at Euricles Lacedæmonius acer & infestus instabat, in catastromate hastam uibrans tāquam in eum iaculaturus. Quū enim dicit, λευκῶν ἀπὸ τῶ κατὰ σκοπικῶν, palā est eam Liburnicā, in qua erat Euricles, habuisse



se κατὰ σφόδρὰ, & sic ad bellum usum maximè apta fuisse: & sanè Cæsar Augustus, οὐ πρὸς ὕψος εἰδὲ ὄγκου ὑπὸ Δελφικῆς πικρῆς νικητικῆς ναυσί, ἐν σφόδρῳ δὲ καὶ ταχέαις καὶ πεπληρωμέναις ἀκερβῶς ἀρητυμένῃ, ἢ τὰ βραχὺ καὶ βρεντεσιῶ συνέχωρ τὸ ναυτικόν, ἐπέμπε πρὸς ἀντώνιον ἀξίω μὴ διατριβῆν τὸν χρόνον. id est, instructus autem Cæsar non nauibus illis altis & amplis quæ ostentationis gratia paratur, sed agilibus celeribusq̄, & iis uiris probe oppletis, Tarenti & Brundisii classem continebat. Misit autem ad Antonium nuntium petens ut ne amplius tempus otiosi tererent, ut inquit Plutarchus in Antonio. Liburnicam imitatur nauitilos piscis authore Plinio in nono, cap. xxix. dum ait, Inter præcipua autem miracula est qui uocatur nauitilos, ab aliis pompilos. Supinus in summa æquorum peruenit, ita se paulatim subrigens, ut emissa omni per fistulam aqua, uelut exoneratus sentina, facillè nauiget: postea duo prima brachia retorquens, membranâ inter illa mira tenuitatis extendit, qua uelificante in auras, cæteris subremigâs brachiis, media cauda ut gubernaculo se regit: ita uadit alto Liburnicarum gaudens imagine, siquid pauoris interuenit hausta se mergens aqua. Quæ Liburnicæ nomen à patria sortitæ sunt: quoniam naues dicitur Aegyptias, Asiaticas, Syriacas, Rhodias, Liburnicas atq̄ Achaicas, & eiusmodi. ut Cæsar in III de bellis ciuilibus: Præerat Aegyptiis nauibus Pompeius filius, Asiaticis Decius Lælius & C. Triarius, Syriacis C. Cassius, Rhodiis C. Marcellus cum C. Pomponio, Liburnicæ atq̄ Achaicæ darsi Scribonius Libo & M. Octauius: toti tamen officio maritimo M. Bibulus præpositus cuncta administrabat, ad hunc summa imperij respiciebat. Idem Cæsar in III. Et nauibus longis Rhodiis decem, & Asiaticis paucis Alexandriam peruenit.

Tulius




lius de diuinatione: Postremò à Rhodía classe deserti. Tranquillus etiam in loco suprà citato, Lúius decadís quartæ libro VII. Rhodij celebratis exequijs aduersus classẽ, quam fama erat ex Syria uenire, XIII suis nauibus & una Coa quinqueremi ad terram Gnidiorum, ut ibi in statione essent, profecti sunt. Punicæ etiam naues à Lúio dictæ, decadís quartæ libro VII. Iam omnes in conspectu erant, duæ Punicæ naues antecedeabant Romanã classẽ. Idem in eodẽ: Ad inferendũ hostibus terrorẽ, C. Lúius cum duabus quinqueremibus Romanis & quatuor quadriremibus Rhodíis, & duabus apertis Smyrneis in Lyciã est missus. Idem: Et erant naues Rhodíæ longæ omniũ celerrimæ tota classe. Nauis Sidoniæ mentio est apud Herodotũ *ἐν πολυμνίᾳ. ἐνθαῦτα ὁ ξέρξης μετεκβάς ἐκ τῆς ἄρματος ἐς νέα σιδωνίην ἵζετο ὑπὸ σκηνῆς χρυσεῆς,* id est, híc Xerxes relicto curru Sidoniã nauem conscendens, sub aureo tentorio sedit. Et in eadẽ: *ὡς ἡ ἐπεθύμωσε ἢ ἐποίησε ταῦτα ἐσθλὰς ὅτι σιδωνίην νέα ὅτι τήνπρῃ δὲ θέλωνε αἰεὶ ὁκως θεῖθελαι θεῖθ ποιῆσαι.* id est, ut autem horũ eum desiderium cepit, & hæc faciebat, Sidoniã nauem conscendens, quã semper quum quid huiusmodi efficere uellet, conscendere consueuerat. Eurípidẽs in Helena: Sidoniã posuit pro actuariõ quinquaginta remorum, dum ait,

*χώρας σὺ καὶ ναῦν τοῖς δὲ πεντηκόντορον  
σιδωνίαν διὸς λιᾶρετμῶν ἐπιστάτας.*

Lúius libro

suprà proximè citato, Rhodía una capta memorabilí causa: nam quum rostro percussisset Sidoniã nauem, anchora ictu ipso excussa naue sua, unco dẽte uelut manu ferrea iniecta alligauit alterius prorã: inde tumultu iniecto quum diuellere se ab hoste cupiẽtes inhiberent Rhodij, tracta anchora & implicata remis, latus alterũ detulit: debilitate ea, ipsa quæ icta cohaeserat, nauim cepit.

Nō puto hāc cā esse Trimenē, quā utebātur anfi qui attamē quia illā reperi in antiqs marmoribus, huc appin gēdā curavi.






ΤΡΙΡΕΜΙΣ à Græcis τριήρης dicitur. Herodotus  
 ἐν τῶν ψυχρῶν, πρὸς δὲ κινδύνατον μὲν δεικνύσας τριήρας, πολλὰ δὲ  
 ἰάρετα ὄμιλον πρόσθεν τε καὶ ἑτέρων συμμάχων. id est, appar-  
 rauit autem ducetas triremes, & magnā unā Persarum,  
 aliorumq; auxiliariorū copiam. Idem ἐν πολυμνίᾳ. τῶν δὲ  
 τριήρων ἀριθμὸς ἄν ἐγγύθω ἐπὶ τὰ καὶ δεικνύσας καὶ χίλια. id est,  
 erant autem mille ducentæ septem numero triremes. Et  
 haud ita multò post: τριηκόντοροι ἢ πεντηκόντοροι καὶ κέρ-  
 κηροι καὶ ἵππαγωγὰ πλοῖα μικρὰ συνελθόντα ὅν τ' ἀριθμὸν ἐφάρ-  
 νη τριήλια. id est, triginta autē & quinquaginta remorū  
 naues cercuri, & hippagines, & parua præterea nauigia,  
 in unum omnia coacta numerū, ter mille esse uisæ sunt.  
 Demosthenes in prima contra Philippū, καὶ ἵππαγωγὰς  
 τῶνδε, εἴη: τί πρὸς τῶνδε ἐπιταχίας τριήρης δέκα. δὲ ἢ ἐχόντες  
 ἐκείνην ναυικὸν καὶ ταχῶν τριήρων ἡμῶν ὅσα ἀσφαλῶς ἢ δύναμις  
 πλεον. id est, atq; his hippagoga nauigia: quid præterea  
 decem celeres triremes: nam quum classē ipse habeat,  
 celeres triremes nobis esse oportet, quò exercitus nos-  
 ter tuto nauigare possit. Tullius actione III in Verrē,  
 mille fuisse naues Persarū author est, ut parum ab Hero-  
 doti numero abesse uideat, his uerbis: Vt ne Persæ qui-  
 dem, quum bellum totī Græciæ diis hominibusq; indi-  
 xissent, & mille numero nauīū classē ad Delum appu-  
 lissent, quicquā conarētur aut uiolare aut attingere. Pla-  
 tarchus in Themistocle citat ἀσχύλον ἐν πύρροις. ἔεβη ἢ  
 καὶ γὰρ οὐδὲν, χιλιάς ἄν νηῶν τὸ πλεον. id est, Xerxi autem,  
 probè enim noui, mille numero naues erant. Triremem  
 inuenit primus Aminocles Corinthius, authore Plinio  
 ex Thucydide in primo, qui tamē aliter dicere uidetur,  
 dum ait, φαίνεται δὲ καὶ αὐτοῖς ἀμεινονλῆς πρὸς ἀνδρῶν ναυπη-  
 γὸς ναῦς ποιήσας τέσσαρας. Videtur autē & Samius Amipo-  
 cles Corinthius Naupegus naues quatuor ædificasse  
 uidetur



uidetur tamen asseuerare triremes primum ædificatas Corinthi, dum ait, καὶ τριῆρεις γὰρ ἠορίσθησαν ἀπὸ τῆς ἐλλάδος ἢ ἀπὸ τῆς ἰωνίας. id est, & triremes primum apud Corinthum in Græcia ædificatas fuisse. Quibus uerbis facile colligere est, apud Plinium legendū Aminoclem, non Amoclem, ut uulgò scriptum uideo.

QUADRIREMEM instituere Carthaginenses, auctore Aristotele ex Plinio, quæ τετρήρης à Græcis dicitur. Polybius in primo, κατὰ δὲ τινὰ τόπον ἔχοντα βράχεια σπύνθη χάμα μετὰ πολλῆς θαλάσσιας ἐφ' ᾗ τετρήρης ἐκβέχθησαν νυκτὸς ἐκείνου, καὶ τοῖς πολεμίοις ὑποχείριος ἐγένετο διαφύρασα τῆς κατασκευῆς τῆς ναυπηγίας. id est, quodam autem loco in quo erāt breuiā, refedit agger: idq; multo militum labore, in quem quadriremis nocte excurrens impegit, quam statim aduersarij nacti sunt excellentem & probe ædificatam. Vide, si otium est, Sipontinum: & quātum in uertendo Polybio sibi permiserit, facile agnosces. Διόδοτος βιβλιοθήκης undeuigesimo, Τῶν τῶν ἡσάν τετρήρεις μὲν ἑννηκόντα, πεντήρεις δὲ δέκα, ἑνῆρεις δὲ τρεῖς, δέκαρεις δὲ δέκα, ἄφρακτοι δὲ τετράκοντα. id est, Harum erant quadriremes quidem nonaginta, quinqueremes decem, nouem ordinum tres, decem ordinum decem, apertæ autem triginta. Tullius septima in Verrem: Princeps Cleomenes in quadriremi centuripina malum erigi, uela fieri, præcidi anchoras imperauit: & simul ut se cæteri sequerentur, signum dari iussit: hæc centuripina nauis erat incredibili celeritate uelis: nam scire isto prætoris nemo poterat, quid quæq; nauis remis facere posset. Et paulopost: Erat enim sola illa nauis constrata, & ita magna ut propugnaculo cæteris posset esse: quæ, si in prædonum pugna uersaretur, urbis instar habere inter illos piraticos myoparones uideretur.

Tecta siue constratae nauis forma, qualis apud antiquos fuit.



Quod autem Tullius constratam dixit, aliquādo hæ-  
sitauit num eadem esset quæ & tecta dicitur à Cæsare.  
Quas tectas lōgas inuenere Thasii. Nam antea ex pro-  
ra tantum & puppi pugnabatur: author Plinius in VII.  
Cæsar in secundo De bello ciuili: Appulsaq; ad proxi-  
mum littus trireme cōstrata, & in littore relicta, pedibus  
Adrumentum profugerat. Idem in tertio: Atque omnes  
naues incendit trigintaquinque, in quibus erant uiginti  
constratae. Idem Cæsar alibi tectas uocat in primo De  
e bello



bello ciuili: Mafsilienses ufi L. Domitij confilio, naues  
 longas expediunt numero X VII. quarum erant unde  
 cim tectæ. Idem in tertio: Illæ triremes omnes & quin/  
 queremes aptæ inſtructæq; omnibus rebus ad nauigan/  
 dum, præter has uigintiduae erant, quæ præſidij cauſa  
 Alexandriae eſſe conſueuerant, conſtratae omnes, quas  
 ſi occupaffent claſſe Cæſaris erepta, portum ac mare to/  
 tum in ſua poteſtate haberet, com meatu, auxilijsq; Cæ/  
 ſarem prohiberent. Aulus certè Hirtius omnem tollere  
 dubitationem uidetur, dum ait: Magnoq; impetu qua/  
 tuor ad eam conſtratae naues, & complures apertæ con/  
 tenderunt, cui coactus eſt Cæſar ferre ſubſidium. Vides  
 ut conſtratas & apertas ponat, tanquam diuerſas: quod  
 perinde eſt, atq; ſi dixiſſet, alias tectas fuiſſe, alias aper/  
 tas. Tullius actione ſeptima in Verrè: Poterò ne in eos  
 eſſe uehemens, qui naues inanes non modò habuerūt,  
 ſed etiam apertas: in eum diſſolutus qui ſolus habuerit  
 conſtratā nauem, & minus exinanitam: Loquitur enim  
 de quadriremi centuripina. A. Hirtius in quarto De bel/  
 lo ciuili: Itaque paucis diebus contra omnium opinio/  
 nem quadriremes uigintiduae, quinqueremes quinque  
 confecerunt, ad has minores apertasq; complures adie/  
 cerunt. Idem in eodē, haud ita multò infra illum locum:  
 Ex his quinqueremes quinque erant, & quadriremes de/  
 cem: reliquæ infra hanc magnitudinem, & pleræq; aper/  
 tæ. L. iuius decadis quartæ libro ſexto: Biduum in appa/  
 ratu morati, tertio die centum nauibus, quarum ſeptua/  
 ginta tectæ erant, cæteræ apertæ, minores omnes ferè  
 erant, profecti, Phocæam petierunt. Nec tamen uideo  
 M. Tulliuſ tectas appellari, quātum mea memoria eſt,  
 ſed ferè ſemper conſtratas: tegebantur enim aliquando  
 & minores. Cæſar in tertio de bello ciuili: Similiter Va/  
 tinus



tinius qui Brundisio præerat, tectis instructisq; scaphis  
 elicit naues Lælianas, atq; ex his longius productam  
 unam quinqueremē, & minores duas in angustiis por-  
 tus cepit: itemq; per equites dispositos aqua prohibe-  
 re classiarios instituit. Idem in secundo: Massilienses  
 post superius incommodum, ueteres ad eundem mo-  
 dum ex naualibus productas naues refecerāt, summaq;  
 industria armauerant: remigum, gubernatorumq; ma-  
 gna copia suppetebat, piscatoriasq; adiecerant atq; con-  
 texerant, ut essent ab ictu telorum remiges tuti: has sa-  
 gittariis, tormentisq; compleuerant. Idem in tertio: Sca-  
 phas nauium magnarum circiter sexaginta, cratibus  
 pluteisq; contexit, eoq; milites delectos imposuit. Has  
 autem Græci *καταφρωκτους* uocant, etiam si Siponti-  
 nus apud Polybium haud scio quàm rectè pro *κατα-*  
*φρωκτω* quinqueremem nobis reddiderit, eo fortasse  
 quod magis idoneæ essent quæ consternerentur. Eo  
 enim tempore quo primùm populus Romanus statuit  
 è republica esse, cum Carthaginensibus de Sicilia atq;  
 adeo maris interni imperio naualibus copiis dimicare,  
 centum & uiginti nauium classē ædificandam cura-  
 runt: in qua centum fuere quinqueremes & uiginti tri-  
 remes. Nam antea quidem eo ipso tempore quo Messa-  
 nam copias traducere ceperunt: *ὄχι οἶον* inquit Polybius  
*κατάφρακτῶ ἀντί τῶν πλοίων, ἀλλ' οὐδὲ καθόλου μακροῦ*  
*πλοίου, οὐδὲ λέμβου, ὅδε εἰς.* hoc est, non solum nullam  
 nauem tectam constratamue habebant: sed nec prorsus  
 ulla nauis lōga, aut lembus ullus ipsis præsto fuit. Qua-  
 re à Tarentinis & Locrensibus, *ἐπὶ δὲ ἑλεατῶν καὶ νεα-*  
*πολιτῶν συγγρησάμενοι πεντηκοντήρας καὶ τετρήεις, ἕδι τότῃν*  
*πρᾶξι βολῶς διεκόμεθα πρὸς ἀνδράς. γὰρ ὅτι καὶ κατὰ τὴν*  
*ἡμετέραν πόλιν ἐπαυχθέντων ἀνδρῶν, καὶ μίας νεῶς κατάφρακτοῦ δία-*

τῶν προθυμίαν προπεσῶσης, ὡς τε ἐποικιλῆσαν γῆρῆσαι τοῖς  
 ῥωμαίοις ὑποχέριον, τάντι παραδείγματι χρώμενοι τότε πρὸς  
 ταύτην ἐποιεῖντο τὴν τῶν αὐτῶν σόλου ναυπηγίαν. id est,  
 præterea autem ab Eleatis & Neapolitanis, triremes, &  
 quinquaginta remorum actuarías, quum commodatò  
 accepissent, in his summa cum audacia milites transue/  
 xerunt: quo quidem tempore quum fortè Carthaginen/  
 ses circa fretum in Romanos irruerent, & nauis quædã  
 constrata, propter promptitudinē reliquas omnes præ/  
 curreret, casu impacta impeditaq̃, in Romanorū ditio/  
 nem uenit. Ea itaque, ut exemplo usi, ad illius similitudi/  
 nem classē suam uniuersam ædificarūt. Constratæ ue/  
 rò naues dicebantur, eo quòd haberent *κατασρώματα*.  
 & ad id erant maximè aptæ quadrèmes. Polybius in  
 secundo, ἐπλήρωσαν κοινῆ τὰς τῶν ἀχαιῶν δέκα ναῦς κατὰ  
 φράκτας. id est, impleuerunt in cōmune decem Achæo/  
 rum naues constratas, & quæ haberent *κατασρώματα*.  
 Subdit enim, τότε ἠδὲ πηδῶντος ἠδὲ τὰ κατασρώματα τῶν  
 ἀχαιῶν νεῶν κατεκράτην, ὅτε τὸ πλῆθος ἠδὲ βατῶν, ἢ τὸ τῶ  
 τῶ τρόπῳ τε πᾶρων ἢ πλοίων ἐκυρίενσαν τετειρηκῶν, μίαν ἢ  
 πεντήρη σὺν αὐτοῖς τοῖς ἀνδράσι ἐβύδισαν. Tunc in Achæo/  
 carum nauīū catastromata insilientes, superiores euase/  
 runt, propter propugnantium multitudinē. Atq̃ hoc  
 pacto quatuor quidē quadrèmes in suam potestatē  
 receperunt; quinqueremem autem unam cum ipsis ho/  
 minibus demerferūt, atq̃ depresserunt. Loquitur enim  
 de eisdem Achæorum nauibus.

*Triremibus si binos ordines addideris, quinqueremem facies: si plu/  
 res, maiorem. Nam quinqueremis figuram antiquam nullam adhuc uidi/  
 mus, præterquam in numismate quodam. Sed dubitamus an illud, quem/  
 admodum permulta alia, mentiatur antiquitatem,*

Quin



QVINQVEREMEM instituit Nefichthon, si Plinio credimus, quæ *πεντήρης* à Græcis dicitur. Herodotus in *ῥατά. καὶ ἦν γὰρ διὰ τοῖσι ἀθηναίοισι πενήρης ὑπὸ σκηνῶν, λοχίσαντες οὐκ τῆρ θεωρίδα νῆα εἰλον πλήρεα ἀνδρῶν τῶν πρώτων ἀθηναίων.* id est, erat enim Atheniensibus quinqueremis in Suneo; illi itaq; positis insidiis Theorida nauem occuparunt, Atheniensium primoribus refertam. Appianus in Mithridatico, *ὡς τε καὶ τελέρε ἀντὶς ἀνδράσι ἀναδυσάμενοι, καὶ ἀκροσόλια πολλὰ καὶ σκῦλα εἰς τὸν λιμένα φέροντες ἐπαυελθεῖν, πενήρης ἢ σφῶν εἰλημμένης ὑπὸ τῶν πολεμίων ἀγνοῦντες οἱ ῥόδιοι ὑπὸ ζήτησιν αὐτῆς ἐξ ταῖς μάλισα ταχυναντῶσαις ἀνέπλευρ.* id est, itaque trireme cum ipsis hominibus, nauibus suis alligata, multis nauium rostris, nec paucis spoliis onusti ad portū rediere. Quā autem ipsorum quinqueremis ab hostibus capta esset, eius ignari Rhodij ad conquirendam eam sex maximè celeribus nauibus regressi sunt. Mirum est quòd Aulus Hirtius, siue Opius in bello Alexandrino quinqueremem, pentiremē uocet, uocabulo semigræco semiq; Latino, dum ait: Capit ex eo prælio pentiremē unam, triremes duas, dicrota octo, compluresq; remiges Octauianos. Sic enim legendum censeo, non dicrotas. Idem in Africano bello: Naues onerarias quæ lōgius à portu in salo stabant, incendit: & pentiemes duas uacuas à defensoribus, nullo repugnāte, cepit. M. Tullius ubiq; quinqueremes dicit, & optimi quiq; authores. Pontem constratum paludemq; dixit idem Hirtius derelictorum de bello Gallico: Turres crebras excitari in altitudinē trium tabulatorum, pontibus traiectis constratisq; coniungi, quorum frontes uiminea lorica munirentur, ut hostis à duplici propugnatorum ordine depelleretur. Idem in eodem: Pontibus palude cōstrata, legiones tra-



ducit. Et in eodem: Nisi flumen Ligerim, quod erat ponte propter magnitudinem constratum, copias traduxisset. Tullius libro primo de Oratore: Illa uerò deridenda arrogantia est, in minoribus nauigijs rudem esse se confiteri, quinqueremes aut etiam maiores gubernare didicisse. Ipse (quantum assequi possum coniectura) existimo quadraginta fuisse sedilia in tabulato alterius lateris quinqueremis, quæ quadringentis remigibus agebatur: ut ex uerbis Plinij colligere est libro trigesimo secundo, ubi de echeneide, dū ait, Fertur Actiaco Marte tenuisse prætoriam nauim Antonij properantis circuire & exhortari suos, donec transfret in aliam. Ideoque Cæsariana classis impetu maiore protinus uenit. Tenuit & nostra memoria Caij principis ab Astura Antiū remigantis, ut res est etiam auspicalis pisciculus. Siquidē nouissime tum in urbem reuersus ille imperator, suorum telis confossus est. Nec longa fuit illius moræ admiratio, statim causa intellecta quæ est tota classe quinqueremis sola non proficeret, & exiliantibus protinus qui quærent circa nauim, inuenere adhærentem gubernaculo: ostenderuntque Caio indignanti hoc fuisse quod se reuocaret, quadringentorumque remigum obsequio contra se intercederet. Quibus sanè uerbis palàm fit illam quinquerem actam à remigibus quadringentis, ut in altero latere duceti fuerint, qui si distribuatur in quinos ordines, necesse est quadraginta sedilia fuisse in altero tabulati latere. Hæc idcirco adieci, ut Veneti uideant an illa eorum quinqueremis, quæ uiginti & octo tantū opinor trāstris cōstat, ædificata sit ad antiquarum quinqueremium rationem. De echeneide non adijciam quæ Plutarchus in Symposiacis tractat, etiam si minimè uideantur aliena: sed ad illum authorem grauissimū, lectorem reijcimus.


Quod

Quod autē Tullius, aut etiā maiores dixit, de sex, septemq; ordinum naue intellexisse uidetur: quas Liuius Græco uocabulo hexeres hepteresque uocat, quartæ decadis libro septimo, Regia classis septem & triginta maioris formæ nauium erat, in quibus tres hepteres & quatuor hexeres habebant: præter has decem triremes erant: & ij adesse hostes ex specula quadam cognouere. Idem in eodē: Maximè exterruit hepteres regia à multo minore Rhodia naue uno icu demersa. Idem in eodē: Hostium classis trium & nonaginta nauium fuit, maximæ formæ naues, tres hexeres habebant, duas hepteres. Robore nauium & uirtute militū Romani longè Regios præstabāt: Regiæ naues agilitate, & arte gubernatorum, & scientia remigum. Appianus Alexandrinus de bellis ciuilibus libro quarto, ἢ διὰ τὸ πομπῆος ἢ τῆς ἀνὰ ναυσὶ πολλῶν ἀείρων, ἕξ ἡρῶς λαμπρῶς ἰδιεβηκῶς id est, Cedens Pompeius, in Aenariam conuersit nauibus multis, iisq; præstantissimis, nauī ipse hexere splendidissima uectus. Polybius, τὰς μὲν δὲ ἕξ ἡρῶς δύο ἕξ ἡρῶς ἐφ' ὧν ἕπλεον οἱ στρατηγοὶ μάρκῳ ἀτίλιῳ, καὶ λένκιῳ μάλλιῳ πρώτους ἢ μετώπῳ παραλλήλως ἔταξαν. id est, Duas igitur hexeres, quibus Marcus Attilius, & L. Manlius duces uehebantur, primas in fronte, æqualiter inuicem distantes, constituerunt. Lucanus in tertio, ubi de Bruti prætoria naue loquitur, hexerē descripsit se uidetur,

Celsior at cunctis Bruti prætoria puppis  
Verberibus senis agitur, molemq; profundo  
Inuehit, & summis longè petit æquora remis.



*Hepteres, quæ septem ordinum navis erat,*





HEPTEREM Polybius ἐπῆρη vocat in primo, ἔχωρ ἐπῆρη τὴν γυρομένην πῦρρον τῷ βασιλείῳ. id est, habēs hepterem quæ Pyrrhi regis quondam fuerat, quo loco septiremē uertit Siphontinus, nec Liuium sequi curauit. Diodorus Siculus libro xx. τῶτων δ' ἤσαν αἰ μέγιστα ἢ ἐπῆρης, αἰ πλείους δὲ πεντήρης. id est, ex his maximæ quidam hepteres erant, plurimæ autē quinqueremes. ὁκτῆρης uerò fuisse liquet ex Athenæo, γῆνήρης planè & δεκῆρης constat fuisse ex Diodoro Siculo, in loco supra citato. Fuerunt γνδεκῆρης & τρισκοιδεκῆρης & τριακοντήρης & εἰκοσῆρης, ut palā fit ex Athenæo in quinto, his uerbis: πολλῶν δὲ ὁ Φιλαδέλφου βασιλείῳ πλέτω δέφορε, καὶ πῶν πάντων ἐσσοδωκῆ τὰ κατώσκηδάσματα Φλοτίμως, ὡς τε ἑ πλοίουμ πλήρη πάντας ἔσπερβαλε. τὰ γὰρ μέγιστα ἦν τῶν πλοίουμ πρὸς αὐτοῦ τριακοντήρης δύο, εἰκοσῆρης μία, τέσσαρδὲ τρισκοιδεκῆρης, δωδεκῆρης δύο, γνδεκῆρης δεκατέσσαρδὲ, γῆνήρης τριακόντα, ἐπῆρης τριακόντα ἐπῆ, ἐξήρης πέντε, πεντήρης ἐπτακαίδεκα. τὰ δὲ ἄρ τε βῆρης μέχρι τριηρημολίας διπλοσὶα τῶ τῶν. τὰ ἢ εἰς τὰς νήσους πεμπόμενα, καὶ τὰς ἄλλας πόλεις ὡν ἤρχε, καὶ τῶ λιβύην, πλείονα ἦν τῶ τε βασιλείῳ. id est, Philadelphus autem multos reges opibus superauit, eratq; apparatus omnium ambitiose studiosus. Nauium itaq; copia & numero omnes superabat. Quæ uerò maxima habebat apud se nauigia, hæc erant: triginta ordinum, duæ: uiginti, una: tredecim ordinum, quatuor: duodecim, duæ: undecim ordinum, quatuordecim: nouem ordinum, triginta: hepteres, triginta septem: hexeres, quinque: quinqueremes, decem & septem. Earum autem nauium, quæ à quadrireme ad trieremiolias usq; descendebant, duplus erat ad has numerus. Quæ autem ad insulas deductæ fuerant, & in urbes quibus imperitabat ipse, & Lybiam, plures erant quater millenis. Alexāder Magnus, authore Plinio, instituit na

ues ad duodecim ordines. Philostephanus Ptolemeum Soterem instituisse uult ad quindecim. Plutarchus tamen πεντεκαιδεκήμεν adscribit Demetrio, dum ait, ὅδ' εἰς γὰρ αἰδέμ ἀνδρώπων ἔτε πεντεκαιδεκήμεν ναῦν πρότορον, ἔτε ἐκκαιδεκήμεν. ἀλλ' ὕστερον τετραρακοντήμεν πηλομαῖος ὁ Φιλοπάτωρ ἐναυπηγησάτο μῆκος δεκαοσίων ὀγδοήκοντα πηχῶν, ὕψος δὲ ἕως ἀκροσολίς πεντήκοντα δίνουμ δέον ἦν, ναύτους ἡ χωρεῖς ἔρετ' ἄζηρτυμῆνον τετρακοσίοις, ἐρίτους δὲ τετρακιχίλιοις, χωρεῖς δὲ τῶτων ὀπλίτας δεχομένην ἐπὶ τε τ' παρόδωμ, καὶ τ' κατασρώματος ὀλίγων βριαχίλιωμ ἀφ' ἑσίωντας, ἀλλὰ θεῶν μόνων ἐκείνη πρῆρα, καὶ μικρῶν ὄρου δεκαφῆρ' ἔσα τ' μονίμων ὀμοδουμημῶτων. id est, antea enim neq; quindecim ordinū nauem, neq; sedecim quisquam hominum nouerat: postea tamē quadraginta ordinum ædificandam curauit Ptolemæus Philopator, in longitudinem quidem productam ad cubitos ducentos octoginta: altitudine autem ad summitatem usq; nauis, duodequingaginta cubitorum. Instructa autem erat quadringentis nautis, extra remiges, qui quater mille numero erant. Capiebat præter hos nauis in aditibus unā & catastromate armatos milites paulō minus ter millenis. Verūm solam hæc nauis sui spectationem exhibuit ab immobilibus ædificiis parum admodū differens. Athenus in quinto δῆλωνος Οἰσῶν ex καλλιφῶν eadem fere cum Plutarcho referre uidei, sed tamē apertius & diffusius, his uerbis: πλὴν τετραρακοντήμεν ναῦν κατασκευάσατο ὁ Φιλοπάτωρ τὸ μῆκος ἔχουσα δεκαοσίων ὀγδοήκοντα πηχῶν, ὀκτώ δὲ καὶ βριακοντία ἀφ' παρόδου ἕθι παρόδου, ὕψος ἡ ἕως ἀκροσολίς τετραρακοντία ὀκτὼ πηχῶν, ἀφ' ἡ τ' πρυμνήκωμ ἀφλάσωμ ἕθι τὸ πρὸς τῆ θαλάσσω μέρος αὐτ' βεῖς πρὸς τοῖς ποντήκοντία πύξίς. πηλομαῖος δ' ἔχε τετραρα βριακοντία πύξην. κίωπας δὲ θραυνήκας ὀκτώ καὶ βριακοντία πηχῶν τὰς μεγίστας. αἰ δὲ τὸ μόλυβδου ἔχου ἦν τοῖς ἑγχφειδοῖς, καὶ γερονόμω λίαν εἰσὼ βαρεῖαι κατακυγῶσι ἔννερες ὑπὲρ ἡμῶν



ἰσχυροὺς ἔτι τ' ἤρας. διπυρρος δὲ ἐγγυῶν ἔστι διπυρρὸς, καὶ ἔμβο  
 λα ἔχον ἐπ' αὐτῶν. τὸ τῶν γὰρ ἡ γυῶν, τὰ δ' ἔκαστος ἔλλοντα. λινὰ δὲ ἔτι  
 τὰς ἐπιπέδους. ὑποζώματα δ' ἐλάμβανε δώδεκα. ἐξασίωρ δὲ  
 ἦν ἕκαστον πηχῶν. ἔνυθμος δ' ἦν καὶ ὑπερβολῆν. θαυμαστὸν δ' ἦν  
 καὶ ὁ ἄλλος κόσμος τ' νεῶς. ζῶα μὲν δ' ἔχον ἐκ ἐλατῆρα δώδεκα πη-  
 χῶν ἔτι πρὸνυταν καὶ πρῶραν. ἔτι πᾶς τόπος αὐτῶν ἰερογραφία  
 καὶ ἀπεποιήθη. τὸ ἡ γυῶν ἄπαν μέρη τ' ἔροπεδ ἰουσινη φυλ  
 λαδία ἔτι θύρως ἔχον πέντε. πολὺς δ' ἦν ἔτι ὁ τ' ὄπλων κόσμος,  
 ἀνεπλήρης δὲ τὰ πρὸς δέομινα τ' νεῶς μέρη. γηρομλίνος δὲ ἀναπί  
 ρας ἐδέξατο ἐρέτας πλείους τ' τετρακιλίωμ, εἰς ἃ τὰς ὑπερσίας  
 τετρακοσίους. εἰς δὲ τὸ κατὰ σωμα ὑπερσίας τετρακίλιος ἀρδίωντας  
 ἐκατὴ καὶ πεντήκοντα, ἔτι χεῖρας ὑπὸ τὰ ζύγια πλῆθος ἀνθρώπων,  
 ἔτι ὄρου. ὑποσιμισμῶν τε ἐκ ὀλίγου. καθήκοντα δὲ τ' ἡ ἀρχὴν ἀπ' ἄν-  
 χαιρὶς ἑνός, ὃ φασὶ παρῆναι πεντήκοντα πλοίων πενήκοντα ξυ-  
 λεία. ὑπὸ δὲ ὄχλῳ μετὰ βοῆς ἔτι ἑλπίγων κατὰ ἡμέραν. ὕστερον δὲ τ'  
 ἀπ' φοινίκης ἕως ἐπένοσε τ' ἡ καὶ δολκὴν τὰ φρον ὑποσησάμμιος ἔ-  
 σην τῆν ἔτι μῆκος, ἦν πησίον τ' λιμλίνος ὠρυξε, τὰυτη δὲ εὐθὺς θε  
 μελίνος κατὰ κροδύμησε λίδω σερίω πρὸς πέντε πῆχας τὸ βάθος. ἔ  
 ἔτι τὸ τῶν φάλαγγας ὑπερσίας ἔτι πλάτος τ' τὰ φερὰ διάσας συ  
 νεχίς τε βῆα ὠχημα εἰς βάθος τόπον ἀκλιπέσας, καὶ ποιήσας εἰσρη  
 ἀπ' τ' θαλάσσης ἀνεπλήσεν αὐτὰ πάντα τ' ὀρυχθέντα τόπον, εἰς  
 ὅν ἔα δίδως ἀπ' τ' τυχόντων ἀνδρῶν εἰσήγαγε τ' ναῦν, τὸ ἀνοικθὲν  
 κατ' ἀρχὰς ἐμφράξας μετεξήντησε πάλιν τὴν θάλασσαν ὀργα  
 νοῖς. τὸ τῶν δὲ γηρομλίνος ἐστραδῆναι τὸ πλοῖον ἀσφαλῶς ἔτι τ' πρὸ  
 φηρομλίνω φάλαγγων. id est, XL ordinū nauē cōstruxit Phi  
 lopator quæ in longitudinē haberet CCLXXX cubitos,  
 octo autē & triginta in latitudinē ab aditū in aditū, in alti  
 tudinē autē usq; ad summitatē & oram nauis quod ἀκροσὸ  
 λιορ δέειτ XLVIII cubitos habebat, à summitate autem  
 extrema puppis ad eam partē quæ mari alluitur tres &  
 quinquaginta cubitos; gubernacula autē habebat III, sin  
 gula in lōgitudinē xxx cubitorū, remos uerō lōgiores  
 f 2 quos

quos *ἰσχυροὺς* uocant. xxxviii. cubitorum: qui propterea quòd plumbum haberent in capulis, & quòd ad interiorem partem grauiores essent libramento, usui habiles ad remigandum erant. Fuit præterea duplici propra duplici; puppe, rostraq; septē habebat: quorū unum quidem extabat: quædam autem contractiora erant, minoraq;, nonnulla uero ad epotidas erant collocata. Zonas autem perpetuas habuit xii. quarum quæque sexcentorum erat cubitorum. Erat autem mira & egregia symmetria: admirabilis præterea & alius nauis ornatus. ad cuius proram & puppim erant expressa animalia nō minora duodecim cubitorum, & in omni parte multiplici cerę pictura uariegabatur. Tota uero ab ea parte qua remi collocati erāt, usq; ad carinā ipsam in ambitu thyrsos habebat, cū perpetuis hederæ foliis. Multus autem erat & armamentorum ornatus, quibus instruebantur partes ut quæque eis indigebant. Cum autem experimēti causa deduceretur, suscepit remiges plures quatuor milibus, ad reliqua autē ministēria quadringentos. In catastromatē uerò & aditibus habuit propugnatores bis mille octingētos quinquaginta, præter magnam multitudinem hominū quæ ad iuga erat, magnā præterea uim continebat rei frumentariæ. deducta autem fuit inītio ab Eschario quodam, qui eam nauē compegisse dicitur materia quinquaginta nauium quinquereremium. Deducebatur autem à turba cum magno clamore & tubarum sonitu. Postea uerò quidam è Phœnicia excogitauit deductionem ducta fossa æquali nauis longitudine, quam ad portum fodiēdam curauit. Huic fossæ fundamenta iniecit è solido lapide in altitudinem quinque cubitorum, per quæ transversales trabes in latitudinem fossæ traiciens inter se cohærentes relicto lo-



co IIII cubitorum uacuo: factoque incili aqua marina totum locum defossum compleuit: in quem facile opera uiliorum hominum induxit nauem, obturans eam partem quam ab initio aperuerat: rursusque aquam marinam extraxit machinis, quo facto consedisse nauem tuto in prædictis trabibus. Ante uero quæ à nauium longarum commemoratione discedo, non omittam me cõiectura affecutum, quinqueremes fuisse altiores, quàm ut è quadrireme armati milites in eam transilire possent. Quod si lector in animum induxerit mecum attendere ad uerba Liuij, facile, ut opinor, in eandem sententiã discedet. ea sunt decadis tertie libro decimo, Classis Punica ad Vticam stationem habebat: ex ea tres quadriremes, seu clam misso à Carthagine nuntio uti fieret, seu Asdrubale qui classi præerat, sine publica fraude auso facinus, quinquerem Romanam superantem promontorium ex alto repente aggressæ sunt. sed neque rostro ferire celeritate subterlabentem poterant, neque transilire armati ex humilioribus in altiore nauem: & defendebatur egregie quoad tela suppeditarunt. Quod ex uerbis ipsis apertius mihi uidetur, quàm ut aliter explanandũ sit. Quod autem de *ἑνὴν* supra dictum est, aduerte lector: cū enim unico *ν* scribitur nauem instructam & paratam in aqua significat, ut uidebis apud Plutarchum in Antonio, in hæc uerba, *ἀντὼνι* δὲ, *ἀμα ἡμῶν τῶν πολεμίων ἂν πλείοντων, φοβηθεὶς μὴ τῶν ἀντιπάλων ὀπίσθους ἔλθοι τὰς ναῦς, αὐτὸν ἄρ᾽ ἔτασεν ὁ πλείστας ἂν τῶν κατὰ στραμάτων παρέταξεν ὄψιν ἕνεκα. αὐτὸν δὲ τῶν σὸς τῶν νεῶν ἐγείρας καὶ πρῶτας ἐκατέρωθεν, γινώσκοντες ὅτι ἀκίον ἀντιπάλους σὺν ἕως ἐνέρις ἐπὶ πρῶτον κεννασμίας ἀμύνεσθαι.* id est, Antonius autem, cum prima luce ad nauigarent hostes, ueritus ne propugnatoribus destitutas naues caperent, remiges armari iussit, eosque in catastromate

in speciem disposuit ut uiderentur: remos autem qua parte lati sunt, erigi iubens & arrigi utrinque, ad Aetia fauces obuerfas continebat naues, tanquam instructas & paratas ad decertandum. Quo loco ἑνὴς ἴψης ipse interpretatur cum Ἐπασκονασμίας subdit: quod Suidas non uidetur intellexisse. Idem in Bruto, μὴ ναῦν ἑνὴν, μὴ στρατιώτη ἕνα, μὴ πόλιν ἔχοντες. Id est, Non instructam nauem, non militem ullum, non ciuitatem denique habentes. Et in Sylla, μεταδωπὸς ἢ ἔχω ναῦς αὐτῷ στρασιᾶς ἑνὴς. Id est, Mithridates quidem illic naues habens remigio instructas ducentas. Herodotus ἑνὲς ἀραναῖα λερατῆρες dixit, Ἐχὲ πλοῖον λερατῆρῶν ἔπιμον, εἰ παλῆσει ὁ ναυτικός σόλος. Id est, Et habebat nauem instructā & paratam, si forte maritimus exercitus moueretur. Euripides in Iphigenia in Tauris, ἑκάνταυθ' ὀρωμῶν ἐλλοδ' ὅ νεὸς σιάφ' ἑκάνταυθ' ἑρατῆρες πίτυλον ἐπὶ ὄρωμῶν, ναύτας τε ποντήκων τ' ὕδρι σκελεμῶν, πλωπῆς ἔχοντας. Polybius in primo aliter locutus est, ut uidebitis, αἱ δὲ νῆες τῶν σόματ' ἑξ ἑκατόν τῶν μορῶν ἐφ' ὅσον ἦν διωκτὴ ἔγγιστα πῶς τεναγῶσι πρὸς ἀγῶν ἐπεὶ χροῦ ἐπὶ ὄρωμῶν πρὸς τὴν ἐμβολὴν καὶ σύλληψιν τ' ἐκπλέου μελλούσης νεώος. Id est, Naues autem quæ in faucibus erant utrinque quàm proximè ad paludes accedì poterat, expectabant remigio instructæ, ad irruendum in nauem eam quæ exitura erat, atque ad eam capiendam paratæ. Latini aptas instructasq; remigio uocant. Lúuius decadis tertie libro primo, Clasis præterea data ad tuendam maritimam oram: quia qua parte bellè uicerant, ea tum quoque rem gesturos Romanos credi poterat, quinquaginta quinqueremes, quadrirems duæ, triremes quinque, sed aptæ instructæq; remigio triginta & duæ quinqueremes erant, & triremes quinque. ἑξηρημοσίας uidemus factam mentionē ab Atheno



nāo in. v. & mediūsfidius se penumero dubitauī quod/  
 nā id esset nauigij genus. Nec idē esse queat, cū iis quas  
 Polybius ἡμιόλιος ναῦς uocat: Appianus uero ἡμιολίας:  
 etiam si idem Polybius lib. xvi. τριημιολίας uocet eas  
 (opinor) quæ non tot remis agerentur, quot iustæ trire-  
 mes: ait enim, μετὰ δὲ τούτων γίνετα τριημιολία & τριήρης τρεῖς  
 ἑσπερχο. id est, cum his autem nouem trieremioliæ & tri-  
 remes tres erant. Appianus certe in proœmio eas uide-  
 tur ponere infra magnitudinem iustarū triremiū, dum  
 ait, τριήρης δὲ ἀπὸ ἡμιολίας μέχρι πεντήρης πεντακῶσαι ἢ χίλιαι.  
 id est, triremes autē ab hemiolia usq; ad quinqueremē  
 mille quingentæ: ut ἡμιόλιαε essent biremes quidem, sed  
 quæ à puppi ad malum usq; binis remis, à malo ad pro-  
 ram unico tantum agerentur: ut hodie quoq; uidere est  
 in nonnullis earum, quas iustas Veneti uocant. Tu le-  
 ctor siquid nosti rectius istis, cādīdus impertit: mea enim  
 est coniectura. Tibi possum proferre scripta authorum,  
 qui huiusce rei mentionem fecere: quibus legendis, po-  
 teris fortasse meliora afferre, certiusq; iudicium hac de  
 re facere. sed Appianum uideamus, ναυσι δ' ἐφοβοντο, πεν-  
 τήκοντα ἢ πεντήρησι, ἐκατὴ ἡμιολίας, ἀφράκτις ἢ ἑσπερχοῖς  
 ἢ σρογύλοις πολλοῖς. id est, ferebāt autē nauibus, quinque  
 remibus quidē L. hemiolis c. apertis uerò cercuris, &  
 oneratis cōpluribus. Diodorus Siculus lib. xix. ἀντὸς  
 δὲ ἀναλαβὼν ναῦς ἡμιολίας νυκτὸς κατέπλευσε πλησίον τῆ πό-  
 λεως, id est, ipse autē hemiolis nauibus sumptis secundū  
 urbē de nocte delatus est. Polybius in v. κατὰ τριήρας δὲ δὲ  
 καὶ ἢ κατὰ φρακτὸς ναῦς, οὐκ τὴ δὲ ἀφράκτις, τριάκοντα δὲ ἡμιό-  
 λιος ἐπὶ δὲ ἐνελέων. id est, duodecim itaq; constatis nauī-  
 bus instructis, octo apertis, triginta autem hemiolis per  
 Euripum nauigabat. Quibus locis ἡμιόλιος & ἡμιολίας,  
 pro eodem fere poni existimo. Sed hoc loco subiiciam,  
 quæ

quæ in fragmentis Polybii ex libro XVI scripta legi-  
 mus. Cuius quidem nobis copiã fecit Victor Faustus,  
 dum Venetiis à rege Christianissimo legatus commora-  
 rer. Ea sunt hæc, quibus describit pugnam navalem ad  
 Chium factam inter Philippum & Attalum, ut in con-  
 textu uidebis: ὁ δὲ Φίλιππος τὴν ἡμετέραν πολιορκίαν ἀντιπρόσ-  
 ἦν αὐτῶ, τὴν δὲ πολεμίων ἐφορμῶντων πλείοσι κατὰ φρακκίδας ναυσὶ  
 ἠπορεύετο ἃ δυνάμειος διέκειτο πρὸς τὸ μέλλοντος. ἔκ τῶν δεξιῶν δὲ  
 ἢ τῶν πρῶτων αἰρεσιμῶν, ἀνήχθη πρῶτα τῶν πολεμίων προσδοκίαν. ἐπὶ  
 γὰρ αὐτὸν ἠλπίσαν οἱ πρὸς τὸ ἀπάλου προσκαρτέρησιν τῆς μεταέ-  
 λου κατὰ σκιδυῖ. μάστιχα δὲ ἐπαύσατο ποικίλας τὸ ἀνὰ πλεονῶν  
 νείδου, πεπρωμένους καταχρῆσαι, ἢ τὸ λοιπὸν ἀσφαλῶς ἦσαν καὶ  
 οὐδέ τις πρῶτα τῶν γῆρας εἰς τὴν σάμου. διεψύθη δὲ ἡ παρά πολλῶν το-  
 ρισμοῖς. οἱ γὰρ πρὸς τὸ ἀπάλου ἢ θεοφιλοῦν ἀμα τῶ στωικῶν αὐ-  
 τὸ ἀναγνώσθαι, εἰχοντὶ τὸ πλοκάμῳ ἔθελος, συνέβη δὲ τὸ ἀνὰ πλεονῶν  
 αὐτὸν ἡμετέρας δαλελυμένους, ἢ πεπρωμένων, τὸ φίλιππου κατὰ  
 πρῶτον ἐπιμένει ἢ τὸ πλοκάμῳ. ἢ ἢ ἀλλὰ χροσάμνοι τὰς  
 οὐρείας γόνυγας πρὸς ἑαλου. ἀπάλος ἢ τῶ δεξιῶν ἃ κατὰ στωικῶν  
 τὸ πολεμίων, θεοφιλοῦς ἢ τοῖς ἐναντίοις. Φίλιππος ἢ πρὸς ἀπάλου  
 λαμβανόμενος τοῖς κερκοῖς διὰ τὸ σιδήμα τοῖς ὕδρι τὸ δεξιῶν, καὶ  
 παραγείλας ἀντιπρόσῳ ποιῆσαι τὰς ναῦς ἢ συμπλέκεσθαι τοῖς πο-  
 λεμίοις ἐξ ἑωμῶν, αὐτὸς ὑπὸ τὰς νησίδας ἀναχωρήσας μετὰ τὸ  
 λείβων, τὰς μετὰ τὸ πρὸς κερκίαν, ἀπεκράσθη τὸ λίνδου. ἢ ἢ  
 τὸ ἢ τὸ φίλιππου νεῶν τὸ πλῆθος τὸ συγκατασθῆναι εἰς τὸ ἀγῶνα κατὰ  
 φρακκίδας ἢ πεντήκοντα, σὺν ἢ τῶν ἀφρακκίδας. λέμβοι δὲ σὺν  
 τὰς πρὸς ἐκατὸν ἢ πεντήκοντα. τὰς γὰρ ἢ τῆ σάμου ναῦς, ἢ ἢ  
 δυνάμει κατὰ τῶν πάσας. τὰ ἢ τὸ πολεμίων σκάφη κατὰ φρακκίαν  
 ἢ ἢ ἐξήκοντα ἢ πέντε σὺν τοῖς τὸ βυζαντίου, μετὰ ἢ τὸ ἐν ἑνεία  
 βίρημιολίαι ἢ βίρης ἢ ἢ ἢ λαβύσις δὲ τῶν κατὰ στωικῶν  
 ναυμαχίας ἐκ τῶ ἀπάλου νεῶς, ἢ ἢ πᾶντες οἱ στωίγγος ἀπάλου  
 γέλωτος συνέβαλλον ἀλλήλοις. ἀπάλος ἢ ἢ συμπεσῶν ὀκτὴν ἢ  
 πρὸς ἑαλου τὰν τε κερκίαν ἢ ἢ ἢ πλεονῶν, ὕδρι πολλῶν τὸ ὕδρι



το κατεσφράμαδος ἀγωνισαμένων, τέλος ἐβύθισε τῶναυῶ. ἢ δὲ τῷ  
 Φιλίππῳ δέκινος, ναυαρχὸς ὄντα, πρῶτος ἐγγύς τοῖς ἔχθροῖς  
 ἵστατο. ἵστατο δὲ ὡς γὰρ αὐτῷ προηρημοσία, τῷ αὐτῷ δὲ  
 πληγὴν βιάσαν ἦν μίσην τὸν ἕτος ὑπὸ τῷ θρανίῳ σκαλόν, ἐδ' ἔ-  
 θε, τὸν λυβερνίτη τῷ ὀρμητῷ τῷ νεῶς ἐπέτι δυνάμει ἀναλαβεῖν,  
 διὸ καὶ προσκρεμαμῆς τῷ πλοῖς αὐτῷ ἐδυναστεύει, ἔδυσκίνητος  
 ἦν πρὸς πᾶσι. ἦν ὡς κορυφῶ δ' ὅσον πρὸς τῆς πρῶταις ἔδυσκί-  
 νηται τῶναυῶ ἔξ ἀφοῖν τοῖν μύροισιν καὶ τὸ σκάφῳ ἢ πρὸς ὑπὸ  
 τας εὐδ' ἦν αὐτῷ διεφθάρη, ἦν οἷς ἦν ἔδυσκράτης ὁ τῷ Φιλίππῳ  
 ναυαρχος. ἦν δὲ τῷ αὐτῷ κορυφῶ δ' ὅσον δ' ἔδυσκράτης ὄντας  
 ἀδελφοὶ ἔδυσκράτης πρῶτος ἀπάλω, συμπεσόντες ὁ μὲν ἐπὶ τῷ  
 πολεμίων, ὁ δ' ὀκτῆρῳ, πρῶτος ἀπάλω ἐχρήσαντο τῷ ναυμαχίᾳ. Δινο-  
 κράτης μὲν πρὸς ὀκτῆρῳ συμπεσόντων, αὐτὸς μὲν ἔφαλον ἔλαβε τῶ  
 πληγῆν ἀναστρέψας τῷ νεῶς ὄντας. τῷ ἢ τῷ πολεμίων τῷ ναυῶ ὑπὸ  
 τὰ εἶχα, τὸ μὲν πρῶτον ἐκ ἐδύατο χωριδῆσαι καὶ πρὸς πολεμίων ὑπὸ  
 λαβόμενος πρὸς ναυῶν ἐδύατο, διὸ ἔδυσκράτης δυνάμει ἀγωνί-  
 σων εἰς τῷ ἔφαλον πρὸς ἐδύατο. ἀπάλω ἢ ὑπὸ τῷ ναυῶ  
 αὐτῷ, καὶ εἰς τῷ πολεμίων ναυῶ ἐμβολῆς λύσαντος τῷ συμ-  
 πλοκῆν τῷ σκάφῳ, ὁ μὲν δ' ἔδυσκράτης ἀπελύθη πρῶτος, οἱ δὲ τῷ  
 πολεμίων νεῶς ὑπὸ τῷ πᾶσι δυνάμει ἀγωνισάμενοι διεφθάρ-  
 ησαν, ἢ τὸ ἢ σκάφῳ ἀπληθύν, ἵστατο ἐγγύς τοῖς πε-  
 εἰ τῷ ἀπάλω. ὁ δὲ δ' ἔδυσκράτης μετὰ εἰς ὑπὸ τῷ ναυῶ εἰς ἐμ-  
 λην, αὐτὸς μὲν ἦμαρ τε τῷ τῷ ναυῶ, πρῶτος ἀπάλω δὲ τοῖς πολεμίων, ἀ-  
 πέβαλε τῷ δεξιῶν τῷ νεῶς, ὁ μὲν συρραγῆν καὶ τῷ πυργό-  
 χων, ὁ γνημομῆς πρὸς εἰσαν αὐτῷ πᾶσι τῷ οἱ πολεμίων. ἔφαλον  
 γῆς ἢ τῷ τῷ ναυῶ, τὸ μὲν λοιπὸν πᾶσι τῷ ὑπὸ τῷ ναυῶ  
 σκάφῳ διεφθάρη, τῷ δὲ αὐτὸς ὁ δ' ἔδυσκράτης ἀπενήφατο πρὸς  
 τῷ ὑπὸ τῷ ναυῶ τῷ προηρημοσίᾳ. τῷ ἢ λοιπῶν νεῶν τῷ πᾶσι ὁ  
 λίνδωτος ἐφάμμενος ἦν. κατὰ τῷ γὰρ ἐπλέοντα οἱ πρῶτος τῷ Φιλίπ-  
 πῳ λέμβοι, ἢ τῷ τῷ ναυῶ ἀνέφερον οἱ πρὸς τῷ ἀπάλω τῷ τῷ κα-  
 φράκτῳ νεῶν πᾶσι. ἔδυσκράτης τῷ δεξιῶν λέμβος τῷ Φιλίππῳ, τῷ  
 αὐτῷ εἶχε τῷ δεξιῶν, ὡς τῷ ἀκμῆν ἀκρῆτα μῆρῳ τὰ ὅλα, πολὺ δὲ  
 πρὸς τῷ ἀπάλω ὑπὸ τῷ δεξιῶν ἔφαλον τὰς ἐλπίδας. οἱ δὲ ῥόδοι

ἢ μὴ τὰς ἀρχὰς θυβέως ἐκ τῆ ἀναγωγῆς ἀπεισάσθησαν τῶν πο-  
 λεμίων, κατὰ τῆ ἀρτίως εἶπα. τὸ δὲ ταχισταυτεῖν πρὸς πολὺν ὄψο-  
 φρόντες τῶν ἠνωτέρων σιωπῆσαν τοῖς ὑπὸ τ' ἐραγίας μακεδόνσι. ὁ  
 δὲ μὴ πρῶτον ὑποχωρῶσι τοῖς σκάφεσιν ἢ πρὺναι ὑποφρόσι-  
 νοι αὐτὸν παρὰ τὸν πῆλιν, ὡς δὲ οἱ μὴ πρὸς τὸ φιλίππου σιωπεῖσθαι  
 φημ ἤρξαντο πρὸς βοθῶντες τοῖς λιπιδυδύσι, τῶν δὲ ῥοδίων οἱ κα-  
 θυδρόντες ἐκ τῆ ἀναγωγῆς σιωπῆσαν τοῖς περὶ τὸ θεοφιλίππου  
 ποτε κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ πρῶτος τάξαντες τὰς ναῦς, ἀμφοτέρου  
 σιωπέβαλον θυβύχως ὁμῶς ταῖς σάλπιγγι καὶ τῆ κεραυγῆ πρὸς κα-  
 λόντες ἀλλήλους. εἰ μὴ ἐν μὴ μετὰ τῶν κατὰ φράκτων νεῶν ἐπι-  
 ξαν οἱ μακεδόνες αὐτὸν λέμβους, ῥοδίων αὐτὸν σιωπῆσαι ἐλαβε κε-  
 ραυγῆς ἢ ναυμαχία, νῦν δὲ ταῦτ' ἐμπόσει πρὸς τῆ χρεῖαν τοῖς ῥοδίοις  
 ἐγίνετο ἢ πολλὰς τῶν πρῶτων. μετὰ γὰρ τὸ λιπιδυδῆσαι τῆ ἀρχῆς τῆ  
 ξιμ' ἐκ τ' πρώτης συμβολῆς πάντες ἤσαν ἀναμίξ' ἀλλήλοις, ὅθεν οἱ  
 τε διεκπλεῖν θυβύχως, ὅτε σρέφην ἐδωκάντο τὰς ναῦς, ὅτε καθόλου  
 χρεῖαι τοῖς ἰδίοις πελοπόμασι, ἐμπιπῶντων αὐτοῖς τῶν λέμβων  
 ποτε μὴ εἰς αὐτὸν παρὰ, ὡς τε θυβύχως αὐτὸν ταῖς ἐρεσίαις, ποτε δὲ  
 πάλιν εἰς τὰς πρῶτας, ὅτι δὲ ὅτε κατὰ πρὺναι, ὡς τε πρὸς πο-  
 λεμίων ἢ τῶν τ' λιπιδυδῆσαι, ὁ δὲ τῶν ὄρετῶν χρεῖαν, ἢ δὲ τὰς αὐτῶν  
 πρῶτος συμπῶσις, ἐπίου τὴ τεχνικῶν, αὐτοῖς μὴ γὰρ ἐμπροσθε-  
 τὰ σκάφη ποιοῦντες ἐξάλλοις ἐλαμβανον τὰς πληγὰς, τοῖς δὲ πο-  
 λεμίοις ὑφαλα τὰ τραύματα διδόντες ἀβουδῆτες ἀντιβίασαν  
 τὰς πληγὰς, σπανίως δ' εἰς αὐτὸν συγκατέβαινον. καθόλου γὰρ ἐξέ-  
 κλινον τὰς συμπλοκαὶς ὄψο τὸ γυνέως ἀμύαδα αὐτὸν μακεδόνες  
 ἀπὸ τῶν κατὰ πρῶτον τῶν γὰρ ταῖς συσάσθη γιγνομένης μάχης, τὸ  
 δὲ πολὺν ἢ μὴ αὐτὸν διεκπλεῖν, πρὸς αὐτὸν τὸ πολεμίων νεῶν αὐτὸν  
 παρὰ ἢ χρεῖαν, μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν ἐκπλεῖν ἢ ποῖς ἢ  
 κατὰ πρὺναι ἐμβαλλόντες, τοῖς δὲ πλαγίοις ὁ σρεφομῆσις ἀκ-  
 μὴν πελοπῶντες, ὅς μὴ ἐπίπρωσκον, οἱ δὲ πῆλιν ἀεὶ τῶν  
 πρὸς τῆ χρεῖαν ἀναγκάσιον. καὶ διὰ τὸ τοῦτο τρόπον μαχόμενοι  
 παμπληθεῖς τὸ πολεμίων ναῦς διεφθάραν. ὑποφανέσεται δὲ ἐκ  
 δωδύσαν τρεῖς πεντήκοντα τὸ ῥοδίων, ἢ τε ναυαρχίς ἐφ' ἧς ἐπὶ θεο-  
 φιλίππου. μετὰ δὲ τῶν τῆ, ἢς ἐπὶ πρῶτον φιλόστρατος. τῶν δὲ, ἢ  
 ἐκὺ βόρνα



ἐκὺβόρα ἢ αὐτόλυκος, ἐπέπλει δὲ νηόσρατ' ὅ τ' αὐτίς γ' ἔμ-  
 βαλῶσι εἰς πολεμίαν ναῦν, κατὰ λιπῶσις γ' τῷ σκάφῃ τ' ἔμ-  
 βολον, σιμῶβη τὴν ἢ πληγείσασιν αὐτανδρου καταδύσαι. οὗ δ' ἔ-  
 πειρ' τ' αὐτόλυκον εἰσερέσσει εἰς τὴν ναῦν τ' θαλάττης ἔσθ' τ' πρώ-  
 ρας, κυκλωθῆντας ὑπὸ τ' πολεμίων τὰς ἢ ἀρχὰς ἀγωνίεσθ' γεν-  
 ναίως. τέλος ἢ τ' ἢ αὐτόλυκον ἐκπορεύει βωθῆντα μετὰ τ' ὀπλων  
 εἰς τὴν θαλάτταν, οὗ δ' ἔλοιπὸς ὑψηλάτας ἀρδανῆν μαχημένους  
 γηναίως. γ' τῷ κερῶν θεοφιλίσκος βωθῆσας μετὰ τριῶν ποντή-  
 ρων, τὴν ἢ ναῦν ἐκ ἠδωῆν σῶσαι, ἔσθ' τὸ πλήρη θαλάττης εἶν.  
 οὗ ἢ ναῦς πολεμίας βῶσας, οὗ ὑψηλάτας ἐξέβαλε. ταχὺ ἢ ποδ-  
 χυθῆντων αὐτῶν λέμβων πλόνων, ὅ καταφράκτων ναῶν, οὗ ἢ  
 πλείους ἀπέβαλε τ' ὑψηλάτ' ὑψηλῶς ἀγωνίεσθ' ἀντι-  
 βῶματα λαβῶν ὅ πρᾶβόλῃ τῇ πόλιν κινδυνεύσας, μόλις ἐξίσω-  
 σε τ' ἰδίαν ναῦν, ὑψηλῶν ἄνδρος αὐτῷ φιλοσφάτῃ καὶ συνααδέφα-  
 μῶν τ' ἔνεσθ' αὐτῶν κινδυνῶν ἐν ψύχῳ. συναψας ἢ τοῖς αὐτῷ σκάφεσι  
 πάλιν ἐξ ἄλλης ὀρμῆς συνεπλέκεθ' τοῖς πολεμίοις, τῇ ἢ σωματικῆ  
 δυνάμει πρᾶβόλῃ οὗ ὑψηλῶν, τῇ ἢ τ' ψυχῆς γηναίως  
 πλε λαμπρότερος ὡν καὶ πρᾶβόλῃ τῶν ἢ πρᾶβόλῃ. συνίβη ἢ δύο  
 γηναίως ναυμαχίας, πολὺ διεσῶσας ἀλλήλων. τὸ ἢ γὰρ δεξιῶν ἰε-  
 ρας τ' φιλιππῶν ἢ τ' ἢ ἐξ ἀρχῆς πρόδουσι, αἰετ' ἢ γῆς ὀρμῶν, ὅ μα-  
 κρὰν ἀπέχευ τ' ἀσίας, τὸ δ' ὑδάννου ἔσθ' τὸ πρᾶβόλῃ τοῖς  
 ὑψηλῶν τ' ὀρμῆς ἐξ ὑποσφοπῆς, ὅ πολὺ τ' χίας ἀπέχευ γηναίως  
 πῆς ὀρμῆς. ὅ μὴν ἀλλὰ πρᾶ πολὺ τ' δεξιῶν ἰεραῶν κατακρατῶν τ'  
 τ' πρᾶ τ' ἀπᾶλον, καὶ συνεχιζόντων ἢ ἢ πῆς τὰς νησίδων, ὅ φ' αἰς  
 ὁ Φιλιππῶν ὄρμῃς καταδου τὸ συμβησῶν, σιμῶν ἀπᾶλος  
 μίαν ποντήν τ' ἰδίαν ἐκτὸς τ' κινδυνῶν τ' βωθῆντων ὅ βαπῆσῶν  
 νηυ ὑπὸ νεῶς πολεμίας, ὄρμῃς πρᾶβόλῃ τῶν τῶν μετὰ δύο τ'  
 βῶσας. τ' ἢ πολεμίας σκάφους ἐκλίνασθ' ὅ ποιημένους τ' ἀρχῶν  
 σιν ὡς πρὸς τ' γῆν, ἐπὶ κῆρῳ φιλομῶν τ' ἐγκρατῆς γῆ εἰς ἀπᾶλῶν  
 τ' νεῶς. ὅ ἢ Φιλιππῶν συνβασῶν ἀπεσασμῶν πολὺ τ' ἀπᾶλῶν  
 ἀπ' τ' ἰδίων, πρᾶβῶν τῶν πῆς πεντήσας καὶ βῶς ἡμιολίας, εἰ ἢ τ'  
 λέμβων οὗ ἐγγὺς ὄντας ὄρμῃς. ὅ σκακῆσας τ' ἀπᾶλον ἀπ' τ' οἰ-  
 κείων νεῶν, ἢ ἀγκισσε μετὰ μεγάλῃς ἀγωνίας εἰς τὴν γῆν ἐκβαλεῖν

τά σκάφη τῶτο δὲ συμβάντ<sup>Θ</sup>, αὐτὸς μὲν ὁ βασιλεὺς μετὰ τῶν  
 πληρωμάτων, εἰς τὰς ὀρυθρὰς ἀπεχώρησεν, τῶν δὲ πλοίων καὶ τῶν  
 βασιλικῶν πρᾶσκεινῶν ἐγκρατῆς ὁ Φιλίππος ἐγγύ<sup>Θ</sup>, καὶ γὰρ ἐποίησεν  
 σάκεα τεχνικῶν ἐν τούτοις τοῖς κρημαῖς οἱ ποδὶ τῷ ἀπάλου. τὰ γὰρ ἐ-  
 πιφανίσματα τῆ βασιλικῆς πρᾶσκεινῆς ὑπὸ τὸ κατ᾽ ἄνωμα ἐλνεὶς  
 ἐξέβαλον, ὅθεν οἱ πρῶτοι τῆ μακεδόνων σωμαφάντου ἐν τοῖς λέμ-  
 βοῖς σωμαφάσι μὲν ποτιεῖον πληθὺς, καὶ πορφυρῶν ἱματίων, καὶ  
 τῶν τούτοις πρᾶσκεινῶν σκευῶν, ἀφέμενοι τῶν δὲ ἰσχυρῶν ἀπένευσαν  
 ὑπὸ τῶν τούτων ἀρπαγῆν, διὸ σωῖεβη τῷ ἀπάλου ἀσφαλῆ ποιήσα-  
 δαι τῶν ἀρχώρησιμ εἰς τὰς ὀρυθρὰς. Φιλίππ<sup>Θ</sup> δὲ τοῖς μὲν ὅλοις  
 ἐλατήριον πρᾶσκεινῶν τῶν ναυμαχίαν, τῆ δὲ ποδὶ περὶ τῆς  
 τῷ ἀπάλου ἐπαρθεῖς ἐπὶ πλεῖ, καὶ πολὺς ἦν σωμαδροῖζον τὰς  
 σφετράς ναῦς, καὶ πρᾶσκεινῶν αὐτῶν ἀνδρῶν ὀρυθρῶν εἶν, διὸτι νι-  
 κῶσι τῆ ναυμαχία, καὶ γὰρ ἰσχυρᾶ μετὰ τῶν γυναικῶν καὶ παιδῶν  
 τοῖς ἀνθρώποις, ὡς ἀρπυγῶν τῷ ἀπάλου εἶν, τὸ κατ᾽ ἄνωμα αὐτῶν ποδὶ  
 τῶν Φιλίππου ἀναστρέφοντες τῶν βασιλικῶν ναῦν. ὁ δὲ Διονυσίου  
 ἰσχυρῶν τὸ πρᾶσκεινῶν αὐτῶν βασιλέα γερῶν, ἄβροξε τὰς οἰκίας  
 ναῦς ἐξ αἰρῶν σῶσθαι. ταχὺ ἢ συλλεχθῶσιν πρὸς αὐτῶν, ἀπέπλε-  
 μετ ἀσφαλῆς εἰς αὐτῶν τῶν ἰσχυρῶν ὀρυθρῶν. καὶ δὲ τῶν αὐτῶν κρημῶν οἱ  
 πρὸς αὐτῶν ῥοδῶν ἀγωνίζομενοι τῶν μακεδόνων, πάλαι κρημῶν πρᾶσκεινῶν  
 τες, ἐξ ἡλίου αὐτῶν ἐκ τῶν λιπιδίων μετὰ προφάσεως καταμῆν  
 ποιῶμενοι τῶν ἀρχώρησιμ, ὡς ταῖς οἰκίας ἀσφαλῆς ὑπὸ κρη-  
 σαι ναυσίμ. οἱ δὲ ῥοδῶν τὰς ἡ ἀναστρέφοντες τῶν νεῶν, τὰς ἢ  
 εἰσφάρατες ταῖς ἐμβολαῖς, ἀπέπλευσαν εἰς τῶν χίον. ἐφθάρ-  
 σαν δὲ τῶν μὲν Φιλίππου νεῶν, ἐν μὲν τῆ πρὸς ἀπάλου ναυμαχίᾳ  
 δεκῆς, γυνήρης, ἐπῆρης, ἐξήρης, τῶν δὲ λοιπῶν κατ᾽ ἀφρακτοῖς  
 δέκα, καὶ τριηρημῶν τρεῖς, λέμβοι δὲ πέντε καὶ εἰκοσι, τὰ τῶν  
 τῶν πληρώματα ἐν δὲ τῆ πρὸς ῥοδῶν διεφθάρσαν κατ᾽ ἀφρακτοῖς  
 ἢ δέκα, λέμβοι δὲ ποδὶ τε φαρδύοντα τῶν ἀειδῶν, ἡλωσαν ἢ δύο  
 τετράς, καὶ λέμβοι σὺν τοῖς πληρώμασι ἐπῆλ. τῶν δὲ ποδὶ ἀπάλου  
 κατ᾽ ἀπάλου τριηρημολία μία, καὶ δύο πεντήρης, τὰ τῶν βασι-  
 λέως σκάφ<sup>Θ</sup>. τῶν δὲ ῥοδῶν διεφθάρσαν μὲν δύο πεντήρης, καὶ  
 τριηρης, ἡλω δὲ ὀδῶν. ἀνδρῶν δὲ τῶν μὲν ῥοδῶν ἀπάλου εἰς ἑξή-  
 κόντι



κεντά, τῶν δὲ πᾶρά ἁθάλου ὡς ἐβδμήκοντά, τῶν δὲ τοῦ Φιλίππου  
 μακεδόνου μὲν εἰς τριμυλίας, τὴν δὲ πληρωμάτων εἰς ἑξακχιμυλίας.  
 ἰσλωσαν δὲ ζωγεία, τῶν μὲν συμμάχων καὶ μακεδόνων εἰς διμυ-  
 λίας, τῶν δὲ αἰγυπίων εἰς ἑπτακισίας. καὶ τὸ μὲν τέλος τῆς ποδὶ χίον  
 ναυμαχίας, τοῦτου σωέβη γηέδοται, τὴν δὲ νίκης ὁ Φίλιππος αὐ-  
 τεποίητο καὶ δύο προφασεις, καὶ μίαν μὲν ἢ τῆς ἁθάλου εἰς τὴν  
 γῆν ἐμβαλῶν ἐγκρατὴς εἶνεως ἐγγόνει. καδ' ἐτόραν δὲ ἢ καθορ-  
 μιδῆς ὑπὲρ τὸ καλὸν μὲν ἀρῆσθαι ἐδοκίμει πεποιθείς τῶν ὄρμων ὑπὲρ τῶν  
 ναυαγίων. ἀκόλουθα δὲ τούτοις ἐπρατήθη καὶ καὶ τὴν τῶν ἐξῆς ἡμέραν,  
 στωδῶν τὰ ναύαγια, καὶ τῶν νεκρῶν ποιήσασθαι αὐαίρεσιν τῶν  
 ὑπὸ γινωσκόμενων, χεῖρ τὴν στωδῶν τῶν προσημνῶν φαντα-  
 σίαν, ὅτι γὰρ οὐδ' αὐτὸς ἐπέπεσο νικῶν, ὅτι ἔλεγεσαν αὐτὸ οἷτε ῥόδοιο  
 καὶ διονυσόδοιο μετ' ὀλίγου. καὶ γὰρ τῶν ὑπὸ σπῆν ἡμέραν ἐπὶ πρῶ-  
 τῶν τε γηομύνης τῆς βασιλείας, διαπεμφάμενοι πρὸς ἁλλήλους, ἐπέ-  
 πλουν αὐτῶν, καὶ σύσαντες ἦν μετόπω τὰς ναῦς ἑδενὸς ἐπὶ αὐτοῖς  
 αὐταναγμύνης, πάλιν ἀπέπλουν εἰς τὴν χίον. ὁ δὲ Φίλιππος οὐ-  
 κέποτε κοσῆτας αὐθρας ἀκρωλεκῶς, ὅτε καὶ δάλατῆαν ἐνὶ κω-  
 ρῶν, βαρέως μὲν ἐφόρει τὸ γεγονός, καὶ τὸ πολὺ τῶν ὄρμων αὐτῶν πα-  
 ρηγάτο. πρὸς μὲν κίον οὐδ' ἐκτὸς ἐπεφάτο καὶ πάντα τρόπον ὑπὸ-  
 κρῦπῆσθαι τῆς αὐτοῦ διακνήψιμ, καὶ πρὸς ἐόν τῶν αὐτῶν τῶν πραγμῶ-  
 τῶν. χεῖρ γὰρ τῶν ἁλλῶν, καὶ τὰ μετὰ τὴν μάχην συμβαίνοντα  
 πάντας ὅτι ἐπληθῆσθαι θεομύνης, γηομύνης γὰρ τὸ σῶν τῆς φθορῆς  
 ἀνδρώων, πρὸς αὐτὸ μὲν τῆς κωρῶν πᾶς ὁ πόρος ἐπληρώθη νεκρῶν,  
 αἵματος, ὄπλων, ναυαγίων, ταῖς δὲ ἐξῆς ἡμέραις οὐδ' αἰγιαλὸς ἦν  
 ἰδίω φύρδην σεσωρμύνης ἀναμῖξ πάντων τῶν τῶν προσημνῶν, ὅτι  
 ὦν ὁ μόνον αὐτὸς, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ μακεδόνου εἰς διαφωτῆν ἦν  
 πῆρον ὁ τὴν τυχῶσαν. θεοφιλοῦς δὲ μίαν ἡμέραν ὑπὸ βιώσας,  
 καὶ τῆς πατρίδος γηέδοται ὑπὲρ τῶν καὶ τὴν ναυμαχίαν, καὶ ἰελοῖ  
 ναῶν ἡγεμόνα οὐσῆσας αὐτὸς αὐτῶν ταῖς διαμῆσι, μετήλαξε τῶν  
 βίον ἐκ τῶν τραυματῶν, ἀνὴρ καὶ καὶ τῶν τῶν λίνδων ἀγαθὸς γηομύ-  
 νος, καὶ καὶ τὴν προαίρεσιν μνήμης ἄξιον, μὴ γὰρ ἐκείνους κλημῶν  
 τὸς πρὸς πβαλεῖν τῶν Φιλίππου τὰς χεῖρας, πάντες αὐτὸς κατὰ  
 πρῶτον οὐδ' κωρῶς, δεδιότες τῶν τοῦ Φιλίππου τόλμων. νῦν δ' ἐκεῖ

νος ἀρχὴν πολέμου ποιήσας, ἠναγκασσε μὲν τὴν ἀντιπάτριον  
 σιδηρακασῆναι τοῖς κρηοῖς. ἠναγκασσε δὲ τὸ ἄπλοον μὴ μέλλειν  
 καὶ πρᾶσκειν ἀλλὰ τὰ πρὸς τὸν πόλεμον, ἀλλὰ πολέμῳ ἐξέρωμέ-  
 νως ἐν λιθωδίδῳ. τοιαυτῶν εἰσότης ἀντὶ οἱ ῥόδοι ἐν μεταλλάξαν-  
 τα, τοιαύτους ἐπιμηχανήμασι, δι' ἃν ὁ μόνον εὖ ζῶντας, ἀλλὰ ἐν  
 εὖ ὑπ' ἡγενομένους ἐφευλαλίαν ὅπως εὖ ὑπὲρ τῆς πατρίδος κρηοῖς.  
 Id est, Philippus autem cum in obsidione multa sibi ad-  
 uersari uideret, hostes etiam cum multis constratis nauibus  
 haud procul in statione essent, animi pendebat, nec  
 satis prospiciebat, quid sibi potissimum in posterum fa-  
 ciendum foret. Cumq; presentia utrum uellet eligendi  
 facultatem adimerent, tandem naues soluit praeter ho-  
 stium expectationem. Attalus enim & qui cum eo erat,  
 sperabant eum perlaturum obsidionem, ob apparatusum  
 metallicorum. Curauit autem maxime subita profectio-  
 ne uti, propterea quod sibi persuasisset se locum occupatu-  
 rum, & in posterum iam tuto peruehi secundum litus ad  
 Samum usque posse. Opinio autem eum fefellit, quam praer-  
 ceperat. Attalus enim & Theophiliscus, ubi conspexer-  
 unt eum soluisse, statim in rem praesentem incubuerunt,  
 fuit autem eorum profectio nullo ordine disposita: pro-  
 pterea quod confiderent (ut diximus) Philippum adhuc  
 permanere in proposito: ueruntamen usi summa remi-  
 gum alacritate, impetum fecerunt, Attalus ipse in dex-  
 tram partem hostium quae ipsa praebat, Theophiliscus  
 uero in sinistram. At Philippus uidens se rei occasione  
 impeditum, & repente oppressum, dato pugnae signo his  
 qui dextra parte erant, pronunciansq; ut aduersas naues  
 opponerent, & cum hostibus acerrime congregerentur,  
 ipse cum leuibus nauigiis in paruas insulas se recepit,  
 quae in medio cursu erant: ibiq; naualis praelii euentum  
 expectabat. Erat autem numerus nauium earum, quae  
 cum Philippo erant, praelio aptarum, constratarum ad  
 tres



tres & quinquaginta, & cum his minora apertaꝫ nauis  
gia: Lembi uero cum pistribus centū quinquaginta, eas  
enim naues quæ Sami erant, non potuit omnes instrue  
re. Hostium autem naues erant, constratae quidem sexa  
ginta quinꝫ cum Byzantinis. Cum his præterea nouem  
trieremiolæ, triremesꝫ tres adstiterant: factioꝫ pugnae  
naualis initio ab Attali naue, continuo omnes quæ pro  
pius aderant, nulla egētes cohortatione inter se concur  
rerunt. Attalus quidem impetū faciens in osterem, infe  
rensꝫ ei uulnus graue, quæꝫ aquam reciperet: cumꝫ  
diutius hi qui in catastromate erant, propugnarent, tan  
dem nauem ipsam depressit. At Philippi deceres quæ  
princeps erat, in hostium potestatem redacta est, idꝫ casu  
inopinato. Nam cum in ipsam cōcurreret trieremiolia,  
hæc icu graui, ad mediū uentrem, post eam partem qua  
thranites scalmus collocari solet, sauciauit: eiꝫ continer  
batur, gubernatore non amplius ualente retinere nauis  
impetum. Quare cum nauis ei adhæresceret, ualde im  
pedita erat: nec satis regi flecūꝫ poterat. Quo tēpore  
duæ quinqueremes impetu facto duabus ex partibus  
eam conuulnerarunt: nauemꝫ ipsam cum propugnato  
ribus depresserūt, & in iis Dinocratem, qui Philippi nau  
uarchus erat. Per id etiam tempus Dionysodorus & Di  
nocrates, qui fratres & sub Attalo nauarchi erant, im  
petum facientes: hic quidem in hepterem hostium, alter  
uero in osterem, casu decertandi admirabili usi sunt. Di  
nocrates quidem in osterem concursu facto, ipse uul  
nus accepit paulo supra aquam, cum nauis ipsa sine  
stira esset: conuulnerata autem ab se naue hostium ad  
eam partem, qua mari demergitur, initio quidem non  
potuit ab ea se expedire, etiam si non semel conatus sit  
inhibere. Quare cum Macedones fortissimè sese defen  
derent

derent, extremū ferē periculum adiit. Attalo autem illi ferente auxiliū, factō in hostilem nauem impetu, solū uentēq; naues quæ inter se adhæserant, Dinocrates quidem sic insperatō liberatus est. Omnes autem hostilis nauis propugnatores fortissimē dimicantes cōcisi sunt. Nauis autē ipsa à propugnatoribus nuda relicta, in Attali potestatem redacta est. At Dionysodorus cum magna ui incitaretur ad confligēdum ipse quidem uulnus inferre non potuit. Præteruectus autem per mediōs hostes, dextrum nauis suæ remigiū amisit, simul confractis lignis quæ turre sustinere solēt. Actis his rebus circumsteterunt eum undiquaque hostes: clamore factō excitatoq; tumultu, reliqua quidem turba propugnatorum, simul cum naue periit: ipse autem Dionysodorus cum duobus comitibus, ad trirēmioliam, quæ in auxiliū ueniebat, adnatauit. Periculum autem reliquarum nauium utrinque par erat: ut enim numero superabant Philippi Lembi, sic Attalus multitudine nauium contratarum præstabat. Et sic gerebantur ea quæ ad dextrum Philippi cornu erant, ut neutram in partem inclinata esset uictoria, Attalus tamen niteretur meliore in posterum spe. Rhodij autem initio profectiois sese ab hostibus segregarunt, & ut modo dicebam celeritate nauium, cum multo præstantiores essent inimicis, cōfluxerunt cum Macedonibus qui in extrema acie erant: primumq; nauibus in fugam cōuersis à tergo & puppi impetu factō, remos earum deterferunt. Ut autē qui cum Philippo erant, cœperunt illuc consistere auxiliū ferentes periclitantibus: Rhodiorū uero qui postremi erant, conuenerunt cum Theophilisco: tūc dispositis in aciem utrinq; aduersis nauibus conflixerūt summa alacritate, sese inuicē clamore tubisq; cohortantes. Quod si Macedones



dones inter constrasatas naues lembos minimè collocas-  
sent, naualis prælii certamen, celerem facilemq; exitum  
habuisset. Sed ij lembi omnem usum Rhodiis nauibus  
ademerunt, idq; multis modis; ubi enim primū utrorūq;  
cōflictu ordines commoti sunt, omnes inter se cōmixti  
erant: unde neq; facile enauigare, neq; naues flectere po-  
terāt, neq; omnino uti iis rebus quibus superiores erāt:  
incidētibus in eas lembis, aliās quidē ad remigū, ut non  
facile iuuari possent opera remigum: aliās autem in pro-  
ras, interdū etiā ad puppim, ut gubernatorū remigūq;  
ministeriū impediretur. In oppositis uerò cōflicibus  
non nihil ex arte cōmentī sunt: ipsi enim inclinatis nauibus  
in proram extra aquā uulnera accipiebāt: hostium  
uerò naues intra aquam perforabant, quibus nulla arte  
mederi quis posset, rarò autem id eueniebat: magnam  
enim partem cōcursum uitabant: propterea q; Macedo-  
nes fortiter propugnarent è catastromate in præliis quæ  
cominus fierent: sapius tamen præternauigando deter-  
gentes hostium remos, inhabiles reddebant, moxq; cir-  
cūcurrētes, in eosq; qui ad puppim erant impetu facto,  
obliquis autem & flectentibus irruentes, alios quidem  
conuulnerabant, aliis autem armamenta auferebant: &  
iam tali ratione decertantes, magnum numerum hosti-  
lium nauium depresserant. Celeberrimè autem in pericu-  
lo uersatæ sunt tres quinqueremes Rhodiorum: præ-  
toria ipsa qua uehebatur Theophiliscus: post hanc autē  
ea cui præerat Philostratus: tertiā uerò quā regebat Au-  
tolycus: ea autem uehebatur Nicostratus: hac enim im-  
petum faciente in hostilem nauem, relictoq; in naue ho-  
stium suæ nauis rostro, euenit ut nauis percussa cū ipsis  
hominibus deprimeretur: eos autem qui cum Autoly-  
co erant, quum per proram aqua subintraret, circumuen-

tos ab hostibus initio quidem generose decertare: tantum  
 dem uero ipsum Autolycum saucium cum armis decer-  
 dere in mare: reliquos autem propugnatores animose  
 pugnando occumbere. quo quidem tempore Theophilus  
 liscus auxilio adueniens cum tribus quinqueremibus,  
 nauem ipsam seruare non potuit: eo quod aqua iam op-  
 pleta esset. Conuulneratis autem duabus hostium nauibus,  
 quarum propugnatores precipites dedit: statim circumfusis  
 in eum lembis pluribus, constratisque nauibus  
 magnam partem propugnatorum amisit egregie decer-  
 tantium. Ipse uero acceptis tribus uulneribus, quod au-  
 dacijs in periculum rueret, uix propriam nauem serua-  
 re potuit, ferente illi auxilium Philostrato, suscipienteque  
 in se praesens periculum summa animi alacritate. Vbi  
 uero se cum suis nauibus coniunxit, iterum recenti impe-  
 tu cum hostibus conflixit. Viribus quidem corporis de-  
 fectus, propter uulnera: animi autem robore clarior con-  
 stantiorque quam antea uisus est. Contigit autem duo fu-  
 isse naualia praelia multum inter se distantia. Siquidem  
 dextrum Philippi cornu ut initio decreuerat semper lit-  
 tus appetens legensque, nusquam discessit longe ab Asia  
 sinistram uero quod auxilium tulisset his qui in extrema  
 acie erant, decertabat cum Rhodijs, cum non multum  
 abesset a Chio. Verum tamen cum Attalus ipse cum suis  
 dextrum Philippi cornu superasse praclare uideretur,  
 ipseque Attalus iam appropinquaret insulis, ad quas Phi-  
 lippus stationem obtinebat, expectans rei euentum, con-  
 spicatus Attalus quinquerem suorum unam extra per-  
 riculum uulneratam demergi ab hostili naue, festinauit  
 auxilium laturus illuc proficisci cum duabus quadremi-  
 mibus. Hostili autem naue declinante, seque tanquam ad  
 terram recipiente, promptius instabat, cupiens nauem  
 in



in suam potestatem redigere. Quod ubi Philippus conspexit, audaciusq; pergere longè à suis Attalum uidit, sumptis secum quatuor quinqueremibus, tribusq; hermiolis, lembisq; præterea qui propius erant, properauit, sperans, quod euenit, intercipi posse: eumq; compulit cum magna animi anxietate ad proximum litus naues eicere: ibiq; nauis relicta, Rex ipse cum sociis naualibus pedibus Erythras profugit. Philippus autè nauigiorum compos factus est, supellectilisq; regiæ. Siquidem ij qui cum Atralo erāt in tali periculo quiddam ex arte militari commentū sunt: lautissima enim quæque ex supellectile regiæ in catastromate & foris nauis exposuerunt: unde primū Macedonum, ubi ad lembos appulerunt, conspecta in lembis poculorum multitudīne, uesceq; purpurea, instrumentisq; quæ eius causa parari solent, misso persequendi studio in horum prædam conuersi sunt, quare factum est ut Attalus in Erythrarū portum sine ullo impedimento sese reciperet. At Philippus quum in uniuersum toto nauali prælio inferior fuisset, tamen elatus casu Attali, regressus est: magnoq; studio suis conquisitis, nauibusq; in unū collectis, cohortabat suos ut bono animo essent, quādoquidē uicissent nauali prælio: etenim subierat cogitatio, & ea opinio homines inuaserat, tanquā Attalus ipse in fuga occubuisset: propterea quod reuertetur Philippus cum suis, capta religataq; regiæ naue. At Dionysodorus cōiectās id, quod regi suo acciderat, sublato signo suas naues conuocauit: quibus statim ad se collectis, tuto se recepit in portus Asiaticos. Sub idem tempus, Macedones qui aduersus Rhodios decertabant, iam diu male mulctati se à periculo liberarunt: singulę enim naues sese recipiebāt per causam subueniendi suis laborantibus. Rhodij uerò quum

nauium partem religassent, partem autem rostris perfo-  
 rassent, se in Chiorum portum receperunt. Interiere autem  
 Philippi quidem in praelio nauali, quod cum Attalo  
 gestū est, deceres, enneres, hepteres, hexeres; reliqua-  
 rum autē constratae decem, tresq; triremiolae: lembi ue-  
 rò uiginti quinque cum sociis naualibus: in praelio autem  
 aduersus Rhodios gesto depressae sunt constratae decem,  
 lembi ad quadraginta. Captae sunt autem duae quadrire-  
 mes, septemq; lembi cum sociis naualibus. Earum uero  
 quae cum Attalo erant, depresserunt unam triremiolam  
 duasq; quinqueremes & regiū nauigium. Rhodiorum  
 autē interiere duae quinqueremes & triremes, nihil ue-  
 rò captum fuit: homines autem occubere Rhodiorum  
 quidem ad sexaginta: at eorum qui sub Attalo, circiter  
 septuaginta: qui sub Philippo autem, Macedonū ad tria  
 millia: sociorum praeterea naualium, ad sex millia: uiui ca-  
 pti sunt Macedonum & sociorum, ad duo millia: Aegy-  
 ptiorum autem, ad septingentos. Talis quidem exitus  
 naualis praelij ad Chium fuit. Philippus autem uictoria  
 sibi uendicabat duabus potissimum de causis. Prima, quod  
 Attalū in terrā eicere coegisset, & nauis regia in suam  
 uenisset potestatem. Altera, quod stationem in loco, qui  
 Argennon uocatur, habuerit inter hostium naufragia.  
 Postridie quoque se gesserit ut uictor collectis reliquiis  
 naufragij, sublatiscq; & receptis cadaueribus eorum qui  
 agnosci poterant, ut eam opinionem maximè confirma-  
 ret. Rhodij nāq; & Dionysodorus haud ita multo post  
 ab eodem expresserunt, ut nec ipse quidem se uictorem  
 existimaret. Postridie enim rege adhuc circa haec occupa-  
 tato, certiores inuicem facti, uela duxerūt in ipsum, col-  
 locatisq; in fronte nauibus, nemine contra eos prodire  
 auso, retro abiere ad Chium. At Philippus qui nūquam  
 antea



antea eodem tempore ne in mari quidem, tot talesq; uiros amississet, casum quidem grauius ferebat, animumq; iam propemodum desponderat ad externos tamen occultare sensa mentis omni studio conabatur, etiamsi res ipsæ non satis id ferre pati q; uiderentur. Nam præter alia multa, ea ipsa quæ in prælio acciderant, omnes qui aderant, in timorem coniecerant. Facta enim tanta hominum strage, eo ipso tempore totus locus, in quo dimicatum est, oppletus est cadaueribus, sanguine, armis, naufragiis & armamentis. Diebus autem qui proximè sequuti sunt, uidere erat littora referta omnibus iis rebus quas retulimus, confuse aceruatisq; congestis. Ob quæ factum est ut non solum ipse, sed & omnes Macedones in grauem animi defectionem inciderint. Theophiliscus autem quum unum diem superuixisset, patriæq; scripsisset de casu naualis prælij, suffecto Cleonæo in sui locum & exercitui præfecto, uitam cum morte commutauit ob uulnera quæ acceperat, uir qui in ipso periculo se egregium præstitit, & consilij prouidentia dignus fuit, cuius memoria celebretur. Nisi enim ille anteuertisset impetum facere in Philippum, omnes quidem alij occasionem rei bene gerendæ omisissent, perterriti Philippi audacia. Sed ille facto prælij initio, ciues coegit temporis occasionem sequi. Coegit & Attalum bellum non ducere, tempusq; minimè terere in apparatu rerum ad bellum pertinētium, sed acerrimè decertare, periculūq; presens subire. Quocirca merito ipsum Rhodij fato functum talibus honoribus prosequuti sunt, quibus non solum uiuos & præsentis, sed etiam posteros prouocarent ad fortiter subeunda pro patria pericula. Hactenus Polybius, cuius uerbis facile quis uideat genera ferè omnia nauium, quæ ad belli usum comparabantur.

Quibus etiam solebant imponere turres ad libram, quæ  
 ob id dictæ turritæ à Virgilio: idq; non solum ad pro-  
 ram, sed etiã ad puppim. Appianus de bellis ciuilibus,  
 καὶ πύργους ὑπὲρ τῶν νεῶν ἔχου κατὰ τὰ πρῶτα καὶ τὴν πρὸς μῆκος.  
 id est, & turres in nauibus habebant, & ad proram & ad  
 puppim. Plinius libro x x xii. ubi de echeneide: Sed  
 armatæ classes imponūt sibi turrium propugnacula, ut  
 in mari quoq; pugnetur uelut è muris. Cæsar libro ter-  
 tio de bello ciuili: Atq; alterã nauem quæ erat ad custo-  
 diã ab Acilio posita, pluribus aggressus nauibus, in qui-  
 bus ad libram fecerat turres. Virgilius in octauo:

Vnà omnes ruere, ac totum spumare reductis  
 Conuulsum remis rostrisq; stridentibus æquor,  
 Alta petunt, pelago credas innare reuulsa  
 Cycladas, aut montes concurrere montibus altos,  
 Tanta mole uiri turritis puppibus instant.

Turres autem habuisse Antonianos in pugna illa na-  
 uali, quæ ad Actium facta est cum Cæsarianis, liquet ex  
 Dione: cuius uerba quoniam nondum omnibus ædita  
 sunt, ipse adscribam. Fusius enim quàm quiuis alius eor-  
 um, qui extant authorum, ea de re scripsisse uideatur: ut  
 ipse Virgilius nihil poetarum more aut ὑπερβολικῶς de  
 illa pugna finxisse uideatur. Eius autem uerba sunt ἡγε-  
 ἀρχωμάδων ἐν ὑπὲρ πολὺ τῆς ναυμαχίας ὄψεσ, καὶ μηδετέρων ὑπερ-  
 χενων δυναμειῶν, τέλος τοῖον δὲ ἡ ἐγγύς. ἢ ἡλιοπαΐσα κατὰ  
 πηρὶ τῆς μαχουμένης ἀποσελεύσασα, ὅτι ἠνεγκε τὴν πολλὴν καὶ ἀπει-  
 ῶν τῶν ἀδελφῶν μέλησιμ. ἀλλ' ἀποκναυδαίσα ἀπὸ τῆς τοῦ γυναικείας  
 καὶ ἀπὸ τῆς τοῦ αἰγυπτιῶν, τῆς τε ὑπὲρ πολὺ μετεώρω ἀγωνίας, καὶ τῆς αἰ-  
 ἐφ' ἐκείνους ποδιδεῖα πρὸς δούκας, αὐτὴ τε δὲ φυγὴν ἐξ ἀπινάκων  
 ὄρησι, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ὑπερβολοῖς συμείον ἦρε, καὶ ὅτω τὰ τε ἰσθμῶν  
 αὐτῶν ὕδους ἀραμειῶν, καὶ δὲ τὸ πέλαγος ἀφῆν τῆν, ἀνέμελον ἔστω  
 τὴν χλω φοβερῶ συμβαύσας, νομίσεις ὁ αὐτῶνιος, ὅτι ὑπὸ τῆς ἡλιοπα-  
 τρίας









σωήρει· καὶ οἱ ἄνδρωποι εὐδὲ ἑαυτοῖς βοηθῆσαι ἐπιμήσῃ πολέ-  
 μίῳ· τινὰ λυπήσασιν ἐδωκέν, ἀποδῆτε πρὸς πλεονῶντοί, εἰ-  
 πως τὰ χήματα περιποιήσασιν, καὶ κατασθενῶναι τὸ πῦρ, ὃ ἀν-  
 τοὶ πρὸς κούραζον, ἐπὶ φρῶν, καὶ τότε συχνοὶ καὶ ἐκείνων καὶ ὑπὸ  
 φλογὸς καὶ ὑπὸ τῶν ἀεμάτων ἀνταῖς τελείως ναυσὶ συναπώλωντο.

Id est, Quum igitur diutius nauali certamine pari Marte  
 decertarent, neutriq; superiores adhuc esse possent, hu-  
 iuscemodi prælij exitus subsequutus est. Cleopatra que  
 à tergo pugnantium procul in salo erat, longiorem non  
 tulit & incertū rerum euentum. Sed quum muliebri na-  
 tura usa, quum etiam ingenio Aegyptiaco prædita, per-  
 motaq; diuturna suspēsi animi anxietate, perpetua etiā  
 in alterutrā partem formidolosa expectatione, ipsa sese  
 ex improviso in fugam coniecit, cæteris qui sub se erant  
 signo fugæ sublato. Itaq; ipsi uela statim in altum dede-  
 runt, casu oborto eo tempore sæuo uento. Ratus autem  
 Antonius eos timore pterritos, eo quod uicti essent fu-  
 gere, minimè uerò id Cleopatram pronūtiasse, eos sub-  
 sequebatur. Quo facto & reliqui milites summa cū tre-  
 pidatione animos desponderunt: & alioqui cupientes  
 illinc, siqua possent effugere, eorum partim uela pande-  
 re, partim turres ipsas cum armamentis in mare proiice-  
 re ceperunt: quo leuatis nauibus facile effugere liceret.  
 in quos ad hæc intentos aduersarij impetu facto (neque  
 enim fugiētes persequuti sunt, propterea quòd ipsi sine  
 uelis essent, utpote tātum instructi ad naualem pugnam  
 quæ stataria esset) multiq; singulis nauibus se obiciē-  
 bant eminus cominusq; decertantes, ut anceps dubiūq;  
 utrisq; ex æquo certamen fuerit. isti enim inferiorem na-  
 uium partem conuulnerabāt, remosq; defringebant, gu-  
 bernacula quoq; ipsa lacerabant, conscēdentesq; foros,  
 alios quidem hostium abstrahabant, alios deturbabant:

cum aliis & manus conferebāt, iam pares numero cum illis facti. Illi uerò contis eos præcipites eiciebant, securibusq; concidebant; petras quoq; & alia quædam grauiora pōdera in hunc usum parata, è superiore loco deiciebant, subeuntesq; deturbabant, manusq; cōserebant cum iis qui ad summum nauis euaserant. Qui rebus talibus gerendis interfuisset, haud absimilia esse duxisset ea (ut parua magnis cōponamus) muris quibusdam, aut etiam insulis multis & frequentibus, qui in mari oppugnarentur, usq; adeo isti quidem naues transcendere conabantur, ceu arcem quandam quæ in continenti esset, omniaq; quæ ad oppugnandos muros facere uidentur, ad mouebant. Illi autem quacūq; poterant ratione, & ut in talibus fieri solet, eos propellebant. Quum itaq; diutius pari Marte dimicarēt, Cæsar dubius quid sibi agendum foret, iussit è castris sibi ignem comportari. Neq; enim antea eo uti uoluerat, sibi suisq; prædā seruare cupiens. Tunc autem prospiciēs aliter uictoriam se consecūdit. Ibi uerò genus aliud pugnæ uidere erat. Isti enim simul undecūq; ad nauigantes, in aduersarios tela ignita coniciebant, facesq; ardētes emittebant: cōplures ollas etiam carbone piceq; refertas eminus machinis iaculabantur. Illi autē, ut singula quæq; poterant, detrudebant. At ubi ea tela in materiam & ligna inciderāt, flammæq; multam utpote in nauē excitauerant, primum quidē ad ea extinguenta aqua dulci, quam potus gratia comportabant, utebantur: nonnullaq; ea ratione extinxerunt. Vbi uerò illa cōsumpta est, hauriebāt aquam marinam, & qua ea multa & abundantius usi sunt, ignem aque uti cohibuerunt. Quum autem non possent ubique id præstare, neq; enim multa, neq; ea ipsa ingentia habebant instrumenta



strumenta ad aquam hauriendam, uasq; adeo ipsa propter trepidationem semiplena hauriebant. Quare non solum nihil proficiebant, sed ignes præterea irritabant. Aqua enim salsa maris, si sensim in flammam infundatur, uehementer ipsam excitat. Postquam igitur & hæc in re inferiores se uident, uestem multam quæ crassior habebatur, ipsaq; adeo suorum cadauera in ignem iniiciebant: & eo modo per aliquod tempus ab his ignis prohibitus est, uisusq; remitti. Postea uerò ingruente sauisimo uento, in maius resplenduit, tanquam ab iis ipsis excitatus: & interea dum pars aliqua nauis conflagrat, nonnulli eorum propius ad ignem accedentes, in ipsum insiliebant: armamentaq; ipsa & nauis instrumenta alij conscindebant: alij deferebant, ut conicerent partim in mare, partim in ipsos hostes, si quo pacto illis nocere possent. Nonnulli autem secedentes ad eam nauis partem quæ uacua ab incendio erat, manus ferreas hastasque longas, si quando aliàs, expediebant: ut aduersariorum nauem aliquam arripere, ad seque alligare & copulare possent, & in eam sese deicere: quòd si id negaretur, illam saltem simul incenderent. Vbi uerò uident nullos ad se appropinquare, id enim summa ratione cauebant, ignem autem iam utraque latera deuorasse, in fundumque nauis peruasisse: hæc exempla grauissimam ab ipsis ædita sunt. Aliqui enim eorum præcipueq; nauæ ab ipso fumo, prius quam flamma circumuenirentur, suffocabantur: alij in ipsa media flamma, ceu in fornace, comburebantur: alij autem prius quam id paterentur semiustulati abiectis armis fauciabantur ab eminus ferientibus: alij in mare sese præcipitantes submergebantur: alij ab ipsis hostibus oppressi demergebantur, uel etiam ab ipsis belluis





ribus actuarijs. A. Hirrius de bello Alexandrino: Nauibus actuarijs quarū numerus erat satis magnus, magnitudine quanquam non satis iusta ad preliandum, rostrata imposuit: has adiunctas nauibus lōgis, & numero classis aucto. & cætera. Inde rostratæ dicte naues, quæ quia ex ære fiebant, æratæ etiam dicebantur. Cæsar in secundo de bello ciuili: Interim L. Nasidius ab Cn. Pompeio cum classe nauium sedecim, in quibus pauce erant æratæ, L. Domitio Mafsilensibusq; subsidio missus. Virgilius in nono, ubi de nauibus Troianorum uersis in deas & nymphas maris: Hinc uirginæ (mirabile monstrum) Reddunt se totidem facies; pontoq; feruntur:

Quot prius æratæ steterant ad littora puppes.  
Luius quartæ decadis libro sexto, rostratas uocat his uerbis: Vna & octoginta rostratis nauibus, multis præterea minoribus quæ aut apertæ rostratæ, aut sine rostris speculatoriæ erant, Delum traiecit. Quibus uerbis constat rostratas fuisse etiã quæ tectæ non erant. Appianus in Mithridatico, *χαλκεμβόλως* uocat: *νῆες ἐκλάωσιν χαλκίμβολοι οὐκ ἔχουσιν αἰ.* Plutarchus in Antonio: *ἑπεί δὲ ὤμιλον καὶ ἑσπερα μὲν ἀντωνίω δίδου δύο τάγματα πρὸς τὸ παραδοῦν πόλεμον, ἀντωνίω δὲ καί σκευχαλκεμβόλως ἐκαστῶν.* Diodorus libro XX. *χαλκίωματα* uocare uidetur rostra ex ære, his uerbis: *καὶ τὰ λευθέντα χαλκίωματα τὴ ἀγαθοκλέους νεῶν ἀπέσειλαν ἀντῶν.* Et paulopost subdit: *ποῖς δὲ ἀπιστοῖσι ἀπόδξιν παρέχεσθαι τῶν ἑμβόλων κωμῶν.* ἐμβόλως enim rostra fuisse constat ex Plutarcho in plerisque locis: & ex Appiano, ubi de capite Marij Iunioris, *ἢ αὐτῶν ὁ σύμας ἦν ἀγορᾶ πρὸ τῶν ἐμβόλων θέμενος, ἐπιγελάσαι λέγει τῆ νεότητι τῶν πατέρων, καὶ εἰπῶν, ἐρέτω δὲ πεῶν γῆρας πρὸς πυθαλίους ἐπιχρῆσθαι.* id est, & ipsum caput Sylla in foro pro rostris poni iussit, iuuentutiq; consulis illuisse fertur, dixisseq;

prius remigem esse oportere, quàm ad tractanda gubernacula accedere. Quin & Plutarchus in Antonio *χαλκώματα* pro rostris ex ære posuit, dum ait: *ἦ ἡ καίλαρος ἐὶ νόμον ἀντιπρώρων συμφέρεταις πῶς χαλκώματα σείρα & Ἰαχία φουλασομείων.* id est, nauibus autem Cæsaris cauētibus, ne obuersæ cum rostris firmis & aratis Antonij concurrerent. Plutarchus in Pompeio, *ἐννεήκοντα δὲ χαλκωμένους πῶς ἐλάβε.* Idē in Sylla, *ἃ δὶνα ναῦς ἐβδμήκοντα χαλκώματα.* Tullius in secūdo De inuentione, rostratam uocat: Lex est apud Rhodios, ut si qua rostrata in portu nauis deprehēsa sit, publicetur. A rostris autem Antiatium templum Romę rostra appellatū. Liuius libro viii prima decados: Naues Antiatium partim in naualia Romę subductæ, partim incensæ: e rostrisq; earum suggestū in foro extructū adornari placuit: rostraq; id templum appellatum. Quin & Tullius, rostra usurpasse uidetur pro concione, quæ pro rostris ad populum haberetur, in primo De oratore: Age uerò ne semper forum, subsellia, rostra, curiamq; mediteris. Subdit enim: Alterum q; remoto foro, concione, iudicijs, senatu, statuissti oratorem in omni genere sermonis. Neq; longē post subdit: Nam si quis statuet hunc esse oratorem, qui tantūmodo in iure aut in iudicijs possit, aut apud populū, aut in senatu composito loqui. Quo loco In iure, dixit: id est, in foro: In iudicijs: pro, ad subsellia: Apud populum, pro concione & rostris: In senatu, pro curia. ut attētus lector facile sua sponte percipiat. Prætoriam uerò nauem, Græci *ναυαρχίδα* uocant, nostri uulgo *capitaneam*. Diodorus libro xx. *ἢ πρὸς πῶς ὄρησε ὑπὲρ τῆς ναυαρχίδας.* Idem author alibi quando *στρατηγίδα* uocat eodem libro: *ἔπειτα πῶς ἀρχαίους τοῦ λυβερνίου ἀπολθεῖν τῆς στρατηγίδας νηὶ προσέχοντες τῶ λαφύρῃ προσηπλευσεν ὑπὲρ τὸ σῶμα τῆς νείδας.* Erant & prædatorum



ria, quæ merito inter longas scribendæ fuerint. Livi-  
 decadis III libro IX. Nam post M. Attiliū Regulū  
 & L. Manliū coss. annis propè quinquaginta nullum  
 Romanū exercitum uiderant, præter prædatorias clas-  
 ses, quibus descēssiones in agros maritimos factæ erant.  
 Quæ & piraticæ naues dicuntur ab eodem decadis IIII  
 libro IIII. Sed si diis placet, affinitatē etiā per Philo-  
 clem præfectum eius pepigisti, & bellum aduersum nos  
 gerens, mare circa Maleam infestū nauibus piraticis fe-  
 cisti. Idem Liviū IIII decadis libro VII, piraticas celo-  
 ces uocat, dū ait: Apparuit inde piraticas celoces & lem-  
 bos esse. Idem decadis III libro I. Naues CCXX, quin-  
 queremes celoces XX, deductæ. Et paulopost: Naues  
 longæ CLX, celoces XII. Quibus uerbis uidetur pone-  
 re celoces inter eas quæ non erant longæ. Græci, naues  
 prædatorias & piraticas *πραλικάς* uocant. Plutarchus  
 in Pompeio: *πραλικά ἢ νῆες ὀκτακῆσαι, & ληστρικά πλοῖα*  
 uocat, cuiusmodi erat *μυωπάρω*. Appianus in Mithrida-  
 te, ubi de piratis: *ἢ εἰς ἀπορία ἐκπεσόντες ἀβρόαυ ἀντι τῆς γῆς*  
*ἐκαρπύοντο τῆς θάλασσαν, μυωπάρωσι πρῶτον ἢ ἡμιολίας, εἶτα δὲ*  
*κρόπις ἢ τριήρεσι ἢ τῆς μέγῃ περιπλέοντες.* id est, summaq; pressi-  
 inopia sibi è mari quæstū faciebant, myoparonibus pri-  
 mium & hemiolis, deinde biremibus trimibusq; cir-  
 cumnauigantes. Quibus uerbis conuicio *ἡμιολίας* fuisse  
 se infra magnitudinem biremium, ut *τριηρημιολίας* sint  
 quas supra diximus: *ἡμιολίας* uerò quæ à puppi ad ma-  
 lum binis remis, à malo ad proram unico tantū per trā-  
 stra remo agerētur. Vides me sudare lector optime, quo-  
 tibi aliquid uerisimile in re tam obscura afferre possim.  
 Itaq; dubitans, circumspectans & hæsitans, multa aduer-  
 sa reuerens, tanquam in mari immenso nostra uehitur  
 oratio. Thucydides in quarto, *τετακόνηρον, & κίληται*  
 ponit

ponit inter prædatoria, dum ait: ἀλλὰ τὰ ταῦτα ἐκ ληστειῶν  
 κῆρ μεσοπυλίου τριακοντῶν & κέλητος ἑλαβον. & hæc ex præ-  
 datorio Messeniorum actuario & celoce sumpserunt.  
 Plutarchus in Sylla, ληστειῶν νομαδίων posuit, pro præ-  
 donibus Numidicis. Tullius piraticum myoparonē dixit,  
 actione quinta in Verrem: An quòd ager Syracusanus  
 prædonum incendiis te prætorè uastatus est: an quòd  
 forum Syracusanum nauarchorum sanguine redundauit:  
 an quòd in portu Syracusano piraticus myoparo nauis  
 gauit: Idem actione septima in eundem: Nauem quam  
 dam piratarum præda refertam non ceperunt, sed addu-  
 xerunt onere suo planè captā atq; depresso: erat ea nauis  
 plena iuuentutis formosissimæ, argenti facti atq; lignati,  
 multa cum stragula ueste. Ac paulo post: Interea  
 Syracusani homines periti & humani, qui non modo  
 quæ perspicua essent uidere, uerumetiam occulta suspi-  
 cari possent, habebant rationem omnes quotidie piratarum  
 qui securi ferirētur: quàm multos esse oporteret ex  
 ipso nauigio quod erat factum sex remorū numero, con-  
 iiciebant. Et non multo post de eodem nauigio: Hæc igitur  
 est gesta res, hæc uictoria præclara myoparone piratico  
 capto, dux liberatus, symphoniaci Romam missi, formosi  
 homines & adolescētes & artifices domum abducti. Quibus  
 sanè uerbis, nisi fallor, planum fit illum myoparonem  
 habuisse sex remorū ordines, quare non ab re inter longas  
 naues adscribi debeat. Idem Tullius septima in Verrem,  
 paruorum myoparonum meminit his uerbis: Hic te præ-  
 tore Heracleo archipirata cum quatuor myoparonibus  
 paruīs ad arbitrium suum nauigauit: prò dij immortales  
 piraticus myoparo, quum imperium pop. Rom. naues  
 ac fasces essent Syracusis, usque ad forum & ad omnes  
 urbis crepidines accessit. Erant enim



enim & parui myoparones, quorum ministerio præfer-  
 eti trirremium & maiorum uterentur, ut colligo ex Au-  
 lo Hirtio de bello Alexandrino: Ipse Octavius se in sca-  
 pham confert, in quam plures quum fugerant, depressa  
 scapha uulneratus tamen adnatat ad suū myoparonem:  
 quo receptus, quum præliū nox diremisset, tempestate  
 magna uelis profugit. Plutarchus in Lucullo, *ἔξ ἐπινοῶν  
 ἀπεισίων ἐλληνικαῖς μυωπάρωνι, καὶ διηρότοις ἰσῆαις ῥοδιακαῖς  
 πρὸς μέγα πῆλαγος*. Mari profugit cum tribus myopa-  
 ronibus Græcis, totidēq; birémibus Rhodiis in altum.  
 Myoparo autē ille egregius de classe Milesiorū, quem  
 præsidij causa secum Verres abduxit Myndum, ibiq;  
 uendidit, non erat inter paruos, quorū supra ab eodem  
 mentio facta est. Erat enim militibus remigibusq; orna-  
 tus atq; armatus. Sed fatius fuerit Tullij uerba subiice-  
 re, ea sunt actione tertia in Verrem: Milesios nauem po-  
 poscit, quæ eum præsidij causa Myndum prosequere-  
 tur: illi statim myoparonem egregium de sua classe or-  
 natum atque armatum dederunt: hoc præsidio Myn-  
 dum profectus est. Mox subdit: Illud quoq; quod neq;  
 taceri ullo modo potest, neq; dici pro dignitate, cogno-  
 scite: milites remigesq; Miletū Myndo pedibus reuer-  
 ti iubet: ipse myoparonem pulcherrimū de decem Mile-  
 siorum nauibus electū L. Magio & L. Rabio qui Myn-  
 di habitabant, uendidit. Plutarchus in Antonio myopa-  
 ronas uocare uidetur, quos phaselos dixit Appianus,  
 ubi eiusdem rei cum Plutarcho meminit. Verba Plutar-  
 chi sic habent, *ὀκτακῆα τῶν ὁμοιογενῶν χωρὶς ἡτῆκαθ' τῶ  
 μὲν ἀδελφῶ παρὰ τὸ ἀνδρὸς εἰκοσι μυωπάρωνας, τῶ δ' ἀνδρὶ  
 παρὰ τὸ ἀδελφῶ στρατιώτας χιλίους*. id est, Octauia præter  
 ea quæ pacta fuerāt, à marito impetrauit ut fratri uiginti  
 myoparonas concederet, à fratre autem ut marito mille  
 k pedites

pedites Romanos. Appianus autem sic ait, *ἰδωρῆσσι δὲ  
καὶ ὀκτακῖα τ' ἀδελφῶν αὐτῆσθα παρ' ἀντωνίου δέκα φασίλοισ  
τειρηλικῖσι ἀπὸ μικρῖσι ἐκ τε φορτίδων νεῶν & μακροῶν, καὶ πλὴ  
ὀκτακῖαν ὁ καῖσαρ χιλίοισι λογάσι σωμασφύλαξιμ ἕς ὑπὸ λέξασθ  
ἀντώνιου.* id est, munerata est & Octauia fratrem decem  
phaselis mixtis ex forma onerariarū lōgarumq; nauīū,  
Octauiam quoq; Cæsar mille delectis ab Antonio mili  
tibus, quibus spiculatoribus corporisq; custodibus ute  
retur ipse. Quibus sanè Appiani uerbis, nisi aliū autho  
rem quàm Plutarchus sequutus est, cōiiciat lector myo  
parones fuisse phaselos, quorū forma mixta erat ex nau  
ue oneraria & longa trirēmi; ut hac nostra memoria fa  
ciendos locauit Frācisus Rex regum ad oceanum Bri  
tanniæ minoris, quos *galeones* uocant. Phaselū autē ea ra  
tione qua descriptus est ab Appiano & Plutarcho myo  
paro dictus, lepido uersu consecrauit Castori & Polluci  
Catullus; quibus sanè uersiculis aperte docet eum fuisse  
maxime appositū, seu q̄s remis uti uelit, seu uelis, dū ait:  
Sive palmulis Opus foret uolare, siue linteo. Virgilius  
in quarto: Et circum pictis uehitur sua rura phaselis.  
Sed minimè ἀπροσδόνου fuerit, carmen ipsum subtexe  
re Catulli: Phaselus ille quem uidetis hospites,

Ait fuisse nauium celerrimus,

Neq; ullius natantis trabis impetum

Nequisse præterire, siue palmulis

Opus foret uolare, siue linteo.

Strabo xv. ὁ δ' ἐκ ἐλασίου ὀκθὴν ἠὲ ἐναυπηγῆσθα δὲ κροσσῶ  
κὴ τριήρης & φασίλος. Ipse autem ædificādas curauit, non  
minus quàm octuaginta biremes, triremes & phaselos.  
Multa candide lector quæsiui, ut ueram, uel saltem ueri  
similem myoparontis etymologiam inuestigare possem,  
sed nihil admodum mihi arrisit; nisi si fidem habere non

graua



grauabere enarratori Aristophanis in εἰρήνῃ, dum ait in enarrando uocabulo, ναξιურγῆς κένταρος πλοῖα ἢ ὅτῳ λεγόμενα ἢ νάξω γινόμενα τῆ νύσῳ, καὶ λιιδουργεῖς δὲ ἄλλας ναῦς ἀπὸ λιιδου, ἢ λιερκουργῶν ἀπὸ λιερκύρας, ἢ τῶν πάρονα ἀπὸ πάρον id est, Naxiurges erant nauigia sic dicta, quæ fierent in Naxo insula, & etiam cnidurges à Cnido, & cercurum à Corcyra, paronem quoq; à Paro. Quod si uerū est, au-  
 sim & ego cōiicere myoparonē esse nauigij genus com-  
 positum ab utraq; forma earum nauium, quæ fieri sole-  
 bant in Myunte & Paro insula, ut ex utriusq; forma cō-  
 positum effictumq; uocabulū uideatur. Sed ex alia par-  
 te mouet Plinius qui scriptum reliquit cercurum in Cy-  
 pro inuentum, ut non magna fides habenda sit Aristo-  
 phanis enarratori. Quare fit ut Delio opus sit. Quādo  
 uerò ad belli usum sunt etiam necessariae eæ naues, quas  
 hippagines dicūt, hippagogas uocat Lilius, à transpor-  
 tandis equis: non erit ingratum, opinor, lectori si pauca  
 de illis dixerō ex probatissimis authoribus. Lilius igitur  
 quintæ decadis libro IIII. quodnā id nauigij genus  
 apertius declarat, quā ut nostræ interpretatiōis egeat,  
 dum ait, Fortē postero die quā Sybota classis tenuit,  
 quinque & triginta naues, quas hippagogas uocant, ab  
 Elea profectæ cū equitibus Gallis, equisq; Phanas pro-  
 montorium Chiorum petebant. Demosthenes in pri-  
 ma contra Philippum: πρὸς δὲ τούτοις τοῖς ἡμίσεισι τῶν  
 ἰππέων ἰππαγωγούς, τετάρτες, καὶ πλοῖα ἰκανὰ εὐτρεπίσαι λι-  
 λινῶ. Insuper & equitum parti censeo comparare hippa-  
 gines, triremes, aliāq; idonea ad transportandos eos nau-  
 uigia. Quas tamen Polybius ἰππηγὺς uocat in primo:  
 ἠδὲ ἵ τούτοις ἐπέσησαν τὰς ἰππηγὺς, ἑρμάτα δόντες δὲ αὐτῶν  
 τὰς τῶ τετάρτους σόλους ναυσι. Post hæc disposuerunt hippagi-  
 nes, dātes ex iis lora & funes tractorios nauibus quæ in

tertia classe erant. Et paulopost, ἦν μὲν ῥυμυλακόντων τὰς  
 ἱππηγὸς ναῦς. Diodorus libro XX. ἱππακλυθῆν δὲ τὰς  
 στρατιωτικὰς καὶ τὰς ἱππηγὸς ῥυμυλακωνίας ὑπὸ τῆς εἰρεσίας χρο-  
 μίων, ἡδὲ πᾶσι δὲ τὰ ἦν ὡφρα ἦν πόρεια, καὶ τὰ ἐμπόρων καὶ ἀγο-  
 ραίων. id est, subsequi autem militares & hippagines re-  
 mulco tractas ab ijs quæ remigio uterentur, postremo  
 etiam & prædonum pontones & annotinas mercatorum  
 quibus. Quibus & Polybii uerbis & Diodori, apud Demosthenem in loco supra citato, διασολῆν collocadam  
 inter ἱππαγωγὸς & τεύρεις existimo: ut legendum sit,  
 ἱππαγωγὸς, τεύρεις, καὶ πλοῖα ἱκανά. non ut ἱππαγωγοὶ ἐ-  
 sent τεύρεις, ut quidam non indoctus existimabat, & au-  
 ditoribus suis enarrabat: quem hoc loco nomine appel-  
 lare super sedendum duxi. ἱππαγωγοὶ enim & hippegi re-  
 mulco trahebant, ut uides ex utroque auctore. Remulco  
 autem trahere Latinum est, & à Liuiō & Cæsare usurpa-  
 tum. Liuius IIII decadis libro VII. Contemplatus Eudemus  
 hostes claudas mutilatasque naues apertis nauibus  
 remulco trahentes, XX paulo amplius integras abscen-  
 dentes, è turri prætorie nauis silentio facto, exurgite in-  
 quit. Cæsar in secundo De bello ciuili: Hunc sequutus  
 M. Ruffus Quæstor nauibus XII quas præsidio oneratis  
 nauibus Curio ex Sicilia eduxerat, postquam reli-  
 ctam in littore nauē conspexit, hanc remulco abstraxit.  
 Ipse ad Curionē cum classe rediit. Idem in III. Ad Ori-  
 cum uenit, submersamque nauim remulco multisque cōten-  
 dens funibus abduxit. πόρεια autem dicuntur à Diodoro  
 naues quibus utebantur ad transportandos milites: & ea  
 re στρατιωτικὰ πόρεια dicuntur ab eodem, libro XX, his  
 uerbis: ἔχει δὲ τὰς πᾶσις ναῦς μακρὰς ρ' α' μ. τῶτων δ' ἢ μ' ἢ  
 μεγίστην, πεντήρης, ἢ δὲ ἐλαχίστην, τετρήρης. στρατιωτικὰ δὲ πόρεια τῶ-  
 νται ἐπιπλοῦσθαι πλείω τ' σ. ἀγοντικὰ περὶς δ' α' ἐλάττω τ' μυριάων.  
 id est



id est, habuit autem naues lōgas numero CXL. quarum  
 maior erat quinqueremis, minor autē quadriremis: mili-  
 tares præterea pontones subsequebant plus c̄b̄ ducenti,  
 qui peditū ferebant circiter decem millia. Idem in eodē:  
 τ̄ μ̄ πολείων ἡλώ πλείω τ̄ ρ. ἐν οἷς ἦσαν χειρόν στρατιῶν ὀκτακισχί-  
 λιοι. id est, pontones cepit plus c̄b̄ centenos, in quibus  
 erant peditū circiter octo millia. Idem in eodē: ἐφ' ἡμέρας  
 ἕνας τοῖς ταχυναυτοῖς ναυσὶν ἐρυμάλκην στρατιωτικὰ πόνεια.  
 id est, per aliquot dies celeribus nauibus remulco trahē-  
 bant militares pontones. Idem in eodē: οὐκ ἔχων δ' ἰκενὰ  
 πόνεια πῶς τ̄ τ̄ στρατιῶν διάβασιμ, βίχῃ δὲ μετέεισε τ̄ δύναμιμ.  
 id est, quum non satis haberet pontonū ad transportan-  
 dos milites, trifariam diuisit exercitum. Plato in III de  
 legibus, πόρφα posuit etiam pro curru: πόρφα δέ, ὡς τε ἐπ'  
 ἀλλήλους τότε πορεύεσθαι ἢ τὴν γῆν, ἢ τὴν θάλασσαν, σὺν τοῖς τέχ-  
 ναις, ὡς ἔπος εἰπέμ, πάντα χειρόν ἀπολώλθ. id est, uehicula  
 ita ut tunc inter se cōmeare possent, siue terra, siue mari,  
 omnia, ut ita dicā, cum artibus ipsis perierant. Eiusmodi  
 poria Cæsar pontones appellare uidetur in III de bello  
 ciuili: Plerasq; naues in Italiā emittit ad reliquos milites  
 equitesq; transportandos: pontones, quod est genus na-  
 uium Gallicarum, Lysii reliquit: hoc consilio, ut si forte  
 Pompeius uacuā existimans Italiā eō traiecisset exer-  
 citum, quæ opinio erat ædita in uulgus, aliquam Cæsar  
 ad insequendum facultatem haberet. Nec uerissimile est  
 eos pontones, quorum meminit Cæsar, fuisse id genus  
 nauigij ratiarij, quo passim utimur ad traicienda flumi-  
 na, quas uulgō charieras dicunt. Etiam si Paulus Iuriscos.  
 in tractatu Seruitutum rusticarum, pro eo genere acce-  
 pisse uideatur, his uerbis: Flumine interueniēte uia con-  
 stitui potest: si aut uado transiri potest, aut pontem ha-  
 ber: diuersum, si pontonibus traiciatur. Quo loco, pon-

tones uidetur pro *πορθμείois* dixisse aliter atq; Cæsar: quod  
 usus uidetur ueluti Gallico quodā uocabulo, uel Malsi-  
 liensi potius. Quod *πορθμείου* innuere uidetur Tullius  
 de aruspicum responsis, dum ait: Quæ nauis unquam in  
 flumine tam uulgata omnibus, q̄ istius ætas fuit: Diodo-  
 rus tamen Siculus *πορθμείου* cum *πολέω* confundere ui-  
 detur, nisi sit librariorū mendum: *ὁ δὲ λυβείσ. Ἐ μετ' ὀλίγου*  
*ἐμβάσ, ὅς τὸ πορθμείου ἐλάβει, ἐκπλευσας ἤϊ τῆ δυνάμει τῆ πλοῦ*  
*δ. ὁ.* id est, ipse autem solutus, & cum paucis conscensa  
 naue, clam profugit sub occasum uergiliarum. Strabo  
 X VII. *ὡς τε καὶ ὁσροκίνα ἐνίοις εἶν πορθμεία.* ut & nonnullis  
 testacea sint nauigia ad transfretandū. *πορθμός* enim fre-  
 tum, ut *πορθμεία* sint nauigia ad transfretandum apertū.  
*πορθμός, θάλασσα ἐκατέρωθεν ἠπείρου ἔχουσα.* Rhodij præli-  
 diarias naues *φυλακίδας* uocabant, auctore Diodoro  
 bro XX. *δημόφιλος μὲν ἔχων ναῦς τὰς καλυμνίας πρὸς ῥόδον*  
*φυλακίδας.* Idem in eodem: *αἱ δὲ φυλακίδες τῆ κερκυραίων*  
*αὐτομάται, ἤ τῶν σαρδηνίων ἐπεδίουκου.* id est, prædiariae Carthagi-  
 nensium ubi id rescuerunt, confestim persequuntur sunt.

SED prius q̄ à longis nauibus ad onerarias proficere  
 scar, non tacebo quid de celeritate quinquere-  
 mem dubitare uideā uiros doctissimos, qui quinquere-  
 mem tardiorē fuisse triremi opinati sunt, ex Liuij uer-  
 bis tertiæ decadis libro VIII. ea sunt hæc: Adherbal con-  
 iuratis in quinquere-  
 mem impositis, præmissaq; ea quæ  
 tardior q̄ triremis erat, ipse cum octo triremibus modico  
 interuallo sequitur. Tardior enim erat propter pondus.  
 Subdit enim: Quinquere-  
 mem Romana seu pōdere  
 tenacior, seu pluribus remorum ordinibus scindētibus  
 uorticis, quā facilius regeretur, duas triremes suppressit  
 fit. Sed Iulius Cæsar in secundo De bello ciuili, omnem  
 dubitationem tollere uidetur, his uerbis: Conspicatasq;  
 nauis



naues triremes duæ nauem Decij Bruti (quæ erat hexe-  
res ex Lucano supra citato) quæ ex signo facile cogno-  
sci poterat, duabus ex partibus sese in eam incitauerant.  
Sed tãtum re prouisa, Brutus celeritate nauis enisus est,  
ut paruo momẽto antecederet. Vides illam hexerem ce-  
leritate anteuertisse illas triremes: quod & similiter de  
quinq̄uere mi facile credere est. Sed nõ omitemus pi-  
strim, cuius menciónem faciã uidemus à Polybio. Liius  
etiã meminit quinq̄uere decadis quarto uolumine, his uer-  
bis: Perseus post reditum ab Eumene Erepointis spe de-  
iectus, Antenorem & Callippũ prefectos classis cum  
XL lembis (adiectæ ad hunc numerum quinq̄uere pistres  
erant) Tenedum mittit. Pistris autem terno remorũ or-  
dine agebatur. Virgilius in quinto, pistrim pro cogno-  
mento indito triremi posuisse uidetur:

Velocẽ Mnestheus agit acri remige pistrim. Subdit em̄:  
Mox Italus Mnestheus, genus à quo nomine Memmi,  
Ingentemq; Gyas ingenti mole Chimaram,  
Vrbis opus: triplici pubes quam Dardana uersu  
Impellunt, terno confurgunt ordine remi.

Neque enim fuisset æqua & par contentio, si pistris illa  
paucioribus aut pluribus remis acta fuisset quàm Chi-  
mara, cui Gyas præerat. Polybius *περίων* uocat, & lite-  
ra transposita, libro decimo octauo: *ἔπελθόντ' ὁ δὲ τῷ  
πταγμῶν κερῶ, παρῶν ὁ δὲ ἑλίπ' ἐκ Δημητριάδ' ἁ-  
ναχθεὶς εἰς τὴν μαλιᾶν κόλπον, πέντε λέμβους ἔχων ἢ μίαν περί-  
ων, ἐφ' ἧς αὐτὸς ἐπέπλε.* Id est, Cedente die præstita-  
ta, aderat Philippus, profectus à Demetriade in sinum  
Malíacum, habens quinq̄uere lembos & unicam pistrim  
qua uehebatur. Solebant autem cognomenta inde-  
re nauibus, & etiã ad proram adfingere. Lucianus  
in Dialogo, quod *πλοῖον* inscribitur: *Καταντικρὺν δὲ  
ἀνάλογον.*

ἀνάλογον ἢ πρῶτα ὑπερβέβηκε ἔν τῷ πρόσω ἀπομικνόμενης  
 ἐπ' ὠνυμον τ' νεῶς διὸν ἔχουσα τῶν ἰσμ' ἑκατέρωθεν. id est, e regio-  
 ne autem pro portione prora extructa erat, in longum  
 producta, habens utrinque Isin deam, quæ cognomētum  
 nauī dederat, de quarū παρασίμω infra dicemus copiosus  
 fuit. Aliæ etiā dictæ Seleucides triremes à Seleuco. Plu-  
 tarchus in Pompeio, ὡς δ' ἐν ἐνίκα φεύγει εἰς τὴν ἀγυπτιῶν  
 ἀναχθεὶς ἀπὸ λυπρῶν σελευκίδι τριήρεσσι μετὰ τὸ ναυαγῆσαι. τὸ δὲ ἀπὸ  
 λωροὶ μὲν μακρῶν ὁμοίως ναυσί, οἱ δὲ ἐν ὀλκάσι ἅμα συμπλα-  
 πλεον. id est, ut igitur decretum est, fugiendum in Aegy-  
 ptum esse, profectus à Cypro, uetusque Seleucide trire-  
 mi cum uxore est: aliorum uero nonnulli sequuti sunt  
 delati similiter longis nauibus, alij autē in onerariis. Ap-  
 pianus de eadem Pompeij fuga loquens, his uerbis uti-  
 tur: ὅθεν τὴν κορυθλίαν γυναῖκα ἀναλαβὼν, τὴν τελευτῶν τῶν  
 φωνεπιβάς, αἱ ἀντὶ τῆς τε ροδίου καὶ τυρείων ἀφίκοντο. id est,  
 unde sumpta secū Cornelia uxore, nactus quatuor trire-  
 mes, quæ ad officium illi ab Rhodiis & Tyriis præsto fu-  
 rant, profugit. Νικομηδίας, à loco cognomētum sumpsit  
 auctore Aniano apud Suidam: ἐν τῷ δὲ καὶ Βάβυλωνος καὶ ἐν  
 κάλια, ὅσοι μεγάλης νικομηδίας ἢ ἀγυπτιῶν. quibus uerbis con-  
 uicio νικομηδίδεα fuisse inter onerarias: de quibus uide-  
 tur uenisse dicendi tempus. Sic & ἐρμονίς apud Thucy-  
 didem à loco iuxta Lacedæmona.

AIT MARCELLVS,

ATQVE ONERARIIS.

DE longis abūde diximus, de onerariis paucis di-  
 ferendum. Quæ onerariæ dictæ, quod essent oner-  
 ferendo idoneæ: & ea ratione φορτηροὶ dicuntur à Græcis  
 Polybius in primo, ἔχων ἑκατόν εἰκοσι σκάφη, καὶ τὴν ἀγυπτιῶν  
 φεδὸν ἐν ὀκτακοσίαις ναυσί φορτηροῖς. Liuius decadis tertio  
 libro VII. Naues quas Liuius tutandis cōmeatibus ha-  
 buerat



buerat, partim machinationibus onerat, apparatūque  
 mœnium oppugnandorum: partim tormentis & saxis,  
 omnique telorum missilium genere instruit. onerarias  
 quoque non eas solum, quæ remis agerentur. Quibus  
 uerbis declaratur onerarias non solere remis agi. Tul-  
 lius actione quarta in Verrem, Eius autem legationis  
 principem nobilissimum C. Heium iuratum dicere au-  
 distis, isti nauem onerariam maximam Messanæ esse  
 publice coactis operis ædificatam. Eam Cybeam uo-  
 cat in sexta in Verrem, Tametsi rogatus de Cybea, te-  
 netis memoria, quid responderit: ædificatam publicis  
 operis publice coactis, eique ædificandæ publice Mamer-  
 tinum Senatorem præfuisse. Et paulo post subdit, Ne-  
 gent isti onerariam nauem maximam ædificatam esse  
 Messanæ. Negent ei nauis faciundæ Senatorem Mamer-  
 tinum publice præfuisse. Appianus *ὀγκάδας* uocat in  
 quinto de bellis ciuilibus, *ἡρξ ἤϊ δὺο κὺ πρῆς ναὺς ἤν φν/  
 λακίδων κὺ τὰς ὀγκάδας, αἱ πὺν σίτου ἔφορον, ὀρμύδας, ἢ παρα-  
 πλεύσας κατέδυν, ἢ ἀνεδύετο, ἢ ἐνεμπίπην.* Id est, Cepit bi-  
 nas ternasque præsiðiarum onerariarumque eas que fru-  
 mentum portabant, & in statione erant: eas autem quæ  
 præternauigabant, uel depressit, uel religauit, uel cōcre-  
 mauit. Idem in eodem, *πολύ δὲ ὀγκάδων κὺ σκονοφόρων ἄλ-  
 λο πλῆθος.* Quo loco *σκονοφόρος* pro onerarijs posuisse  
 uidetur: quas Cæsar graues dixit. *σπεφθάροντο δ' αὐτῶ  
 νῆες βαρεῖαι μὲν ἔξ, κροτόραι δὲ ἔξ κὺ εἴκοσι, λιβυρινίδες δ' ἔτε  
 πλείους.* Interiere autem illius naues graues sex, leuiores  
 uero nauigia uigintis sex, multoque plures liburnicæ. One-  
 rariæ autem ad frumentum uehendum aptæ, frumenta-  
 riæ dicuntur, à Græcis *σιτηγοί*. Cæsar in tertio de bello  
 ciuili, Nocturno itinere non intermisso, comitatu equi-  
 tum triginta ad mare peruenit: nauemque frumentariam

conscendit. Appianus de eadē Pompeij fuga nauis frum-  
 mentariae nullū uerbum facit, ὁ δὲ πομπήσιν ἐκ λαείσσης  
 ὁμοίω δρόμῳ μέχρι θαλάσσης ἐπειχθεὶς, σκαφῶς ἐπέβη μικρῆς  
 καὶ νεῶς παρὰ πλεῖστος ἄδιτυχῶν, εἰς μυτιλήνην διέπλευσε. Id  
 est, Pōpeius aut̄ simili festinatiōe à Larissa ad mare pro-  
 perās, paruulū nauigiū cōscendit: nauisq; nauē prāter  
 euntē, ea Mitylenē usq; delatus est. Plutarchus in Pom-  
 peio φορτηγὸν uocat, καὶ πῶς τὸν ὄρθρον ἠδὲ τὰς ποταμῶν πλοῖα,  
 καὶ τὰ ἐπιμελῶς τὰς ἐλευθέρους ἀναλαβῶν, τὰς δὲ δεράποντας  
 ἀπέναι πρὸς καὶ ἄρα κελύβας, καὶ μὴ δεδιέναι, πρὸς γὰρ ἰσχυρῶς  
 μὲν ἔειπε θυμὸν ἐγὼ φορτηγόν, ἀναγέει μὲν λαβῶν. Id est, Sū-  
 mo mane cōscenso nauigio fluuiatili, impositisq; in alteri-  
 ſtū comitibus liberis: seruis aut̄ ad Cæsarē se recipere, ser-  
 curisq; esse iussis, prāter litus delatus cōspexit bene ma-  
 gnā onerariā, quæ ad soluendū parata erat. Quā Cæsar  
 in suprā scriptis nauē frumētariā uocat, Quin & Diodo-  
 rus Siculus, ubi de Agathocle, in x x. naues eadē mo-  
 do φορτηγούς, modo σιπηγὸς dicit, ἐπειτὰ δὲ σιπηγῶν πλοῖα  
 τῆ πόλεως προδεόντων, οἱ μὲν κερχυδόνιοι πάντῃ τῷ στόλῳ πρὸς  
 τὰς νεῶς ἀνήχθησαν, ὁ δὲ ἀγαθόκλης ἀπελπίσων ἡδὲ τῶν ἰσχυρῶν  
 πλοῖων, ὡς εἶδεν τὸ σῶμα τῶν λιμνῶν ἐρημῶν τῶν ἐφορμουῶντων, ἔβη  
 πλοῖον ὁφείσας τῆς εἰρεσίας χρώμενον, εἶτα οἱ μὲν κερχυδόνιοι  
 πλοῖα ἡδὲ τῶν φορτηγῶν ἄντες. Vides ut φορτηγὸς dixit,  
 quas supra σιπηγὸς id est, frumētarias uocauerat. Thucy-  
 in vi. ὀλκιάδας uocat: hodieq; in Flādria nomē retinēt, et  
 des holkes uocant: ἢ ὀλκίαι πυρὸς καὶ πεφυγμῆας κελύβας  
 ἄγειν. Idē in eodē σιπηγὸς ὀλκιάδας uocat, quas σιπηγὸς  
 & φορτηγὸς ex Diodoro diximus, τῶν μὲν ἔμ συμμαχῶν πρὸς  
 πλοῖοις, καὶ πρὸς σιπηγῶν ὀλκίαι, ἢ τοῖς πλοῖοις, ἢ ὅτι ἄλλο  
 παρὰ σκαφῶν φωέωπε. Id est, Sociorum plurimis, frumēta-  
 rijsq; nauibus, reliquisq; nauigijs, cunctisq; qui in usum  
 classis sequebant, edictū fuerat, ut &c. Et in eodē, ὀλκιάδας



Ἀλκιβιάδου ἀπὸ τῶν ἑσπέρων. Idē in eodem  
 φορητικῶν πλοίων uocat, quā nos onerariam Latine dici  
 mus: ubi de fuga Alcibiadis, καὶ ἀλκιβιάδης μετὰ τῶν ξυμφυ  
 γάδων πύλαιωθεν, τότε ἐκ τῶν πλοίων φορητικῶν ἐκ τῆς θεοῦ  
 αὐτῶν ἐκ τῆς ἡλίας πρὸς τὸν ἕσπερον ἐς τὴν λακεδαί  
 μονα αὐτῶν τῶν λακεδαίμωνιων μεταπεμψάντων Ἰσάωνος  
 ἑλθόντων. Et Alcibiades cū fugē comitibus cōfestim ē Thu  
 riorum portu trāsportatus, naue oneraria primū in Cyl  
 lenē Eleorum: deinde sumpta fide publica, uocātibusq;  
 ἰσπίσι Λακεδαίμονις, Lacedæmona profectus. Idē in VI.  
 ὀπλιταγωγὸς uocat naues paratas, ad uehēdos milites ar  
 matos, αὐτῶν δ' ἀθηναίων ἑσπερῶν ὀπλιταγωγὸς ὅσαι αὐτῶν  
 σι. Quas, nisi fallor, in VIII. στρατιωτικῶν uocat, στρατιωτικῶν  
 δ' ἐκ τῆς χιτῆς πυρόμενων ἢ τῆς πύλαιωθεν ναυσίᾳ ἀθηναίων  
 τῶν στρατιῶν καὶ ἑσπερῶν, ὅν καὶ στρατιωτικῶν ἢ στρατιῶν ἀγασσά.  
 quali ὀπλιταγωγοί. Et in eodē, ἀφίκνυντο δ' οἱ ἀργεῖοι μετὰ  
 τῶν παράλων, οἱ τότε ἐτάχθησαν ἐν τῇ στρατιῶν ἐν τῇ  
 στρατιῶν πύλαιωθεν ὀπλιτῶν. Venerūt & Argiui cū pro  
 pugnatoribus qui in naue paralo dicta esse solebāt: qui  
 iussi erāt à triginta tyrannīs per id tēpus in naue milita  
 ri Eubœā ipsam circūnauigādo obire ac tueri. Erant &  
 Corbita & Cybea inter onerarias: quarū utrarumq; mē  
 tio apud Tulliū: Corbitæ quidem libro xv i. ad Atti  
 cū, Corbita ne Patras, an actuariolis ad Leucopetrā Ta  
 rentinorū, ac inde Corcyrā: & si oneraria, statimne fre  
 to an Syracusis: Cybeæ in Verrē actiōe septima. Nauē  
 uerò Cybeā maximā triremis instar pulcherrimā atq; or  
 natissimā, palā ædificatā sumptu publico. Et subdit pau  
 lo post, Celeberrimo loco ædificari tibi onerariā nauē  
 in ea prouincia, quā tu cū imperio obtinebas. Hactenus  
 Tullius. Nā & nauē in eadē prouincia, in qua q̄s admini  
 strat, ædificare phibetur, l. Aufert. ff. de iure fisci Senato





πράντοι, τὴν ῥολὴν ἢ τὴν δειλίαν συμμεταφέροντες ἑαυτοῖς.  
 Id est, Quēadmodū timidi, & qui nausē nauigādo ob-  
 noxij sunt, existimātes se meliuscule habituros, si ex aca-  
 tio in gaulū, rursumq; si in trirēmē commigrarint: nihil  
 tamē proficiunt, bilē timiditatemq; secū circumferētes.  
 Ad quod alluisse uidet̄ Horatius in epist. ego utrum  
 Naue ferar magna, an parua ferar, unus & idem.

Et epistolarū primo. Conducto nauigio æque  
 Nausē ac locuples, quē ducit priua trirēmis. Gau-  
 lus accipit̄ & pro uase quo pastores utūtur ad lac exci-  
 piendum.

AIT IVRECONSULTVS  
 NON PISCATORIIS

**P**iscatoriæ naues, quæ piscium capiendorum causa  
 paratæ sunt: quas nauicellas uocat Martianus in  
 tractatu De fundo instructo. Item piscatoris Lūius pi-  
 scatorias dixit tertie decadis libro tertio, his uerbis, Ni  
 mare propinquum, & haud procul litore naues piscar-  
 toriæ pleræq; conspectæ peritis nandi dedissent effu-  
 giū. Cymba fuisse uidetur inter piscatorias ex M. Tul-  
 lio in tertio Officiorum, Cum Cannius, quæso (inquit)  
 Pythi, tantum ne piscium? tantum ne cymbarum? Et il-  
 le, Quid mirum? hoc loco Syracusis quicquid est pisciū  
 &c. Lenūculos etiā piscatorios uocat Ammianus Mar-  
 cellinus libro XIIII, Nam sole orto magnitudine angu-  
 sti gurgitis & profundi à transitu arcebantur: & dum  
 piscatorios quærunt lenunculos, uel innare temerè con-  
 textis ratibus. Idem in XVI, Auīdo flatu uentorum le-  
 nunculo se commisisse piscātis. Et ne quis existimet uo-  
 cabulum illud fortasse barbarum, propterea quod a tate  
 Ammiani lingua Latina nō parum degenerauerat à pu-  
 ritate Tulliana: sciat Iulīū Cæsarem eo uocabulo usum  
 in secundo bellī ciuillis, dum inquit, Harum fuga na-  
 uium.

uium onerariarum magistrōs incitabat, pauci lenuncu-  
 li, ad officium imperiorū conueniebant. Quo certe lo-  
 co Cæsar lenunculos posuisse uidetur non pro naue pi-  
 scatoria, sed pro scaphis nauium. M. enim Ruffus quæ-  
 stor relictus à Curione, magistris nauium imperarat,  
 ut primo uespere omnes scaphas ad littus appulsas ha-  
 berent. Quod si lenunculi legendum in Cæsare, ausim  
 & affirmare apud Gellium libro decimo capite uigesi-  
 mo quinto quo loco remiculi legitur, mendum inesse  
 legendumq; lenunculi. fuit enim facilis lapsus. uerba  
 Gellij sic habent, Nauium autem quas reminisci tunc  
 potuimus, appellationes hæ sunt, Gauli, corbitæ, cau-  
 dicæ, longæ, hippagines, cercuri, celoces, uel ut Græci  
 dicunt, κελυγες, lembus, ὠκέαι, remiculi (legendum le-  
 nunculi) actuariæ, quas Græci πρόωλος uocant uel ἐπακ-  
 τρίςιας, psymia, uel geseoretæ uel orioles, cattæ, sca-  
 phæ, pontones, nuclucia, mediæ, phaseli, parones, myo-  
 parones, lintres, caupulica, marceplacidæ, cydari, rati-  
 riæ, cata scopium. Iustinus libro secundo scapham inter  
 piscatoria ponit; de qua scapha alio loco dicemus: Vbi  
 cum solutum pontem hybernis tempestatibus offen-  
 disse, piscatoria scapha traiecit trepidus. Vides ut sca-  
 pham piscatoriam uocet: Græci ἀλιευτικὸν πλοῖον, Xer-  
 nophon ἀναβάσεως libro septimo, ὃ ἢ ἀναξίβητος κατὰ δρο-  
 μῶν ὑπὸ τῷ θαλάσῳ ἐν ἀλιευτικῷ πλοῖῳ πρὸς ἐπὶ εἰς τὴν  
 ἀκρόπολιν. Et ἑλληνικῶν quinto πολλά δὲ ἀλιευτικὰ πλοῖα  
 ἔλαβε ἃ πορθεῖα ἀνθρώπων μετὰ κατὰ πλεοντα ἀπὸ τῶν νήσων.

AIT IVRECONSULTVS

ET SI QVAS ACTVARIAS VOLV-  
 PTATIS CAUSA PARAVERVNT.

**T**Vllius in oratione pro Cælio de actuarijs uolu-  
 ptatis causa intellexisse uidetur, cum ait, Accu-  
 satores



fatores quidem libidines, amores, adulteria, Baſis a  
 ſta conuiuia, comellationes, cantus, ſymphonias, nauig  
 gia. Nec debent actuaria illa, quæ uoluptatis tantū cau  
 ſa parata ſunt, poſtliminiū iure uti: cum ad nullum belli  
 uſum ſint parata. Sed alia actuaria, quæ maioribus nau  
 bus inferuunt, & ob id à Græcis *ὑπηρετικά* dicuntur, nō  
 diſpicio quare non, quemadmodum & alia naues, iure  
 poſtliminiū redeant. Actuaria autē dicta ſunt, quod re  
 mis agerentur. Liuius tertiæ decadis lib. x, Quingentas  
 fuiſſe omnis generis, quæ remis agerentur, quidam tra  
 dūt. Cæſar cōmentariorum quinto, Has omnes Actua  
 rias imperat ſterit: quā ad rē humilitas multum adiuuat.  
 Neq; tamē numerandæ ſunt inter longas. Subdit enim  
 paulo poſt, Eō cū ueniſſet, circuitis omnibus hybernīs  
 ſingulari militū ſtudio, in ſumma rerum inopia circiter  
 ſexcentas eius generis, cuius ſuprà demōſtrauimus, na  
 ues, et longas duodeuiginti inuenit inſtructas. Eas enim  
 in eodē libro Cæſar uectoria grauiacq; nauigia uocat, e  
 tiāſi remis agerentur. Qua in re admodū fuit militū uir  
 tus laudanda: qui uectorijs grauibuſq; nauigijs nō inter  
 miſſo remigādi labore, longarū nauiū curſum adæqua  
 uerūt. Quæ autē uectoria Cæſar dixit, Vlpianus in tracta  
 tu De exercitoria *ὑπηρετικὰς* appellat, hiſ uerbis, Quædā  
 enim naues onerariæ, quædā, ut ipſi dicūt, *ὑπηρετικὴς* ſunt:  
 & pleroſq; mādare ſcio, ut uectores recipiāt: & ſic ut cer  
 ta regione, & certo mari negotient. Vt ecce ſunt naues  
 quæ Brundusiū à Caſſopa uel à Dyrrachio uectores tra  
 ijiūt, ad onera inhabiles. Itē quædā capaces fluminū, ad  
 mare nō ſufficiētes: *ὑπηρετικὴς* dicte, ut opinor, quaſi *ὑπηρε  
 τικὴς* ad *ὑπηρετικὰς* ſolum, id eſt uectores traijiēdos. Et for  
 taſſe legendum apud iuriſconſultum *ὑπηρετικὴς*: ſed le  
 ctoris erit iudiciū, eſt autē Caſſopa oppidum Corcyræ  
 ex Plinio

ex Plinio libro IIII, capite duodecimo. Tullius in epistola ad Tyronem, Corcyrae fuimus usque ad xvi. Cal. Decemb. tēpestatibus retenti, ad xii. Cal. Decemb. in portum Corcyreorum ad Cassopam stadia cxx. proficissimus. Quo loco nō Cassodē, ut in uulgatis, sed Cassopā lego. Actuariorū autē nōnulla triginta remis agebantur. Liviū quartæ decadis libro octauo, Tradito & naues armamentaq; earum: ne ue plures quā decē naues actuariās, nulla quarum plus quā triginta remis agatur, habeto. Appianus *καταφράκτες* uocat eas, quas actuariās Liviū dixit, his uerbis, *ναὺς δὲ καταφράκτες δώδεκα ἔχον μόναι, αἷς ἐς τὸς ὑπηκόους πολέμῳ κατάρχειν, πῶλε μὲν δὲ ἢ πλείους ἔχουσι*. Naues tectas duodecim habere solas, quibus subditos ad obsequium bello inferendo cogere possint: lacessitos autē & pluribus utilicere. Quo loco legendū fortasse *ἀφράκτες*, & *δέκα* non *δώδεκα*. Appianus enim sequutus est Polybium, quē in plerisque locis Liviū uisus est uertisse ad uerbum. Neq; tam enim existimes *ἀφράκτα* accipi pro actuarijs. Tullius enim lib. x. epistolarum ad Atticum, discrimen ponere uidetur, dū inquit, Recordor enim estate cum illo Rhodiorum *ἀφράκτων* nauigās, q̄ fuerim sollicitus. Quid duro tēpore anni actuariā fore cēses? Aphracta enim Tullius inter lōgas naues posuisse uidetur lib. v. ad Atticū. Nos Rhodiorum *ἀφράκτοις*, ceterisque longis nauibus trāquillitates aucupaturi eramus. Actuariolū etiā dicimus, quod decē remis agebatur. Tullius xv. ad Atticū, Hæc ego cōscendēs è Pōpeiāno tribui actuariolis decescalmi. Actuariū nauigiū puto à Græcis dictum *κωπήρη*, & maxime à Thucydide & Plutarcho. Thucyd. in IIII, *λακεδαιμονίς ἢ τὸς ξυμμαχῶς πλείῃ μὴ μακροῦ χρόνου ἄλλω δὲ κωπήρη πλείῃ ἐς πέντε κοσία τέλαντα ἄγοντι μετρώσιν*.  
Id est



id est, Lacedæmonios sociosq; Lacedæmoniorum nauigare nō lōga nauis, sed alio actuario nauigio capaci pondō talentorum quinq; milium. Si Laurētius Valla aliter uertit, falsus est, ut in plerisq; aliis. Plutarchus in Antonio: ἀντώνιου ἢ ἐπιφύλακτα πάντα χόσε λωπήρει τῶν στρατιωτικῶν πλοκαλῶν. id est, Antonius quidem actuario itabat quo quo uersus milites cohortans. Plutarchus in Alexādro πορθμεία λωπήρη dixit, quæ remis incitarētur, quasi dicas pōtones actuarios. Strabo in XI ἀνάτια posuit pro prædatoriis nauigiis, his uerbis, ζῶσι ἢ ἀπὸ τῆς ἑσπέρου θάλασσαν λησθῆναι, ἀνάτια ἔχοντες λεπτὰ σενὰ ἢ λεπτά, ὄρου ἀνθρώπων πρὸς τὴν εἰσοδὸν δὲ χόμωνα, ἀπὸ ἀντιοῦ ἢ ἰσχυροῦ ἀλέξανδρου τῶν πάντων δυναμειῶν. id est, à latrociniiis quæ in mari faciūt, uitam tolerāt, acatia habentes leuia, angusta & uelocia, quæ uix uectiores  $xxv$  recipiant: rarum autem est, ea posse in totum triginta capere. Ipse Laurentius ἀνάτιον actuariū uertit, haud scio q̄ recte. Plinius enim libro IX cap. xxx. usus est uocabulo Græco, quum Latine reddere non posset: eius uerba adscribam: Nauigerā similitudinē, & aliam in propontide uisam sibi prodidit Mutianus, concham esse acatiū modo carinatā, inflexa puppe, prora rostrata: in hac condī naupliū animal sepia simile, ludendi societate sola. duobus hoc fieri generibus: trāquillo enim uentorē demissis palmulis ferire ut remis: si uerò flatus inuentent, easdē in usum gubernaculi porrigi, pandiq; concharū sinus auræ. huius uoluptatē esse, ut ferat: illius, ut regat. Quod si Plinius putasset acatiū posse dici Latine actuarium, non credo Græco uocabulo usus fuisset Mutianus, quem authorem sequitur, & refert Romanū hominem & ter consulem. A. Hirtius de bello Alexādrino dixit nauigiū, quod ἀνάτιον Plutarchus in Cæsare: ἰσχυροῦ ἢ πρὸς τὴν φάραγ μαχῆς συνεσώσης κατεπέδησε ἢ ἀπὸ τῆς χόματος

εἰς ἀκρόπολιν καὶ πρὸς τοὺς ἀγωνιστοῦσιν, ἠδὲ πλεόντων ἢ πάντων  
 χόθην αὐτῶν τῶν ἀγώνων εἰς τὴν εἰς θάλασσαν ἀπενήγατο  
 μόλις ᾧ χελεπόως. Tertio autem prælio ad Pharum inito  
 ab aggere in acatium desiliit, & decertantibus auxilium  
 tulit. Concurrentibus uerò in se undiq; Aegyptiis, se in  
 mare defecit, uixq; ad suos enatauit. Hirtius autē sic: Cæ  
 sar quoad potuit, cohortando suos ad pontem & munu  
 tiones contēdere, eodem in periculo uersatus est: postq;  
 uniuersos cedere animaduertit, in suum nauigiū se rece  
 pit, quo multitudo hominum insequuta quum irrumpe  
 ret, neq; administrādi neq; repellendi à terra facultas da  
 retur, fore quod accidit suspicatus, sese ex nauigio eiicit,  
 atq; ad eas quæ constiterant longius naues adnatauit.  
 Tranquillus scapham uocat, his uerbis: Eruptione ho  
 stium subita cōpulsus in scapham, pluribus eodem præ  
 cipitātibus quum desiluisset in mare, nando per ducen  
 tos passus euasit ad proximā nauem. Fuerunt tamen &  
 maxīma acatīa, ut ex Polybio in I collegisse memini, πρὸς  
 εἰς κενύζου ἢ καὶ τὰ πρὸς τὴν πλοίων ἱερῆς ᾧ ωεντικον πῶρος  
 καὶ τὰ μέγιστα τῶν ἀκατίων. id est, reliqua præterea nauigia  
 expediebāt, trirēmes & actuarias naues & maxīma aca  
 tia. ἀκάτις etiā dicitur à Thucydide & Luciano de ueris  
 narrationibus, qui agebatur uelis potius q̄ remis: καὶ πλο  
 ναῦν, ἀκάτις δ' ἐστὶν, ὡς πρὸς μέγαν ᾧ βίαιον πλῆθ, ἐκράτουν ἀκα  
 τῶν. id est, & nauem quæ acatus erat, ut ad longam sæuamq;  
 nauigationē ferenḃam esset idonea, armandā instruen  
 damq; curauit. Et paulopost subdit, ᾧ ἐκ ἐπιπέδου ἐσάλας τῆ  
 ὀδόνην δινατῶν ἢ, ἠδὲ βέλαντες ἐν τῶν ωνδύματι. id est, neq; am  
 plius cōtrahere uela in potestate nostra erat: quæ quidē  
 uento permīssimus. Thucydides in VII, ἐκλεγον ἐν τῶν τε λι  
 μένων θυδὸς τῶν μέγαν ἔχοντα τὸ σῶμα ὀκτώ σαδίων μελλισα πρὸς  
 πρὸς πλεοντίας καὶ πλοίοις καὶ ἀκάτις ἐπὶ ἀγώνων ὀρμῶσες. id est,  
 clau



clauerunt igitur statim portum maiorem, cuius fauces  
 octo stadiorum interuallo patebant, idq; effecerunt obli-  
 quis triremibus nauigiisq; & acatis in ore eius collocar-  
 tis, anchorisq; firmatis. Idem Thucyd. ἀκάλου ἀμφίεμου  
 dixit, ὃν ἄνεμος τ' ἐλαυνόντων διωπίας ἐπέτηθ' his uerbis: ὁ  
 δὲ ἐπιήσατο ἀκάλου ἀμφίεμου ὡς λησαὶ ἐκ πολλῶν τεθρο-  
 πησθέντων τ' ἀνοίγειν τ' πύλων ἀνέθεσαν ὑπὸ ἀμάξῃ, πείδοντες τ'  
 ἄρχοντα ὅσα τ' τάφρου κατὰ κομίσαν τ' νυκτὸς ὑπὸ τ' θάλασσαν.  
 id est, illi tale quidā fecerūt: acatium ambireme, ceu præ-  
 dones multò antea aucupantes facultatē aperiendarum  
 portarū imposuerūt curruī, quo nocte intempesta (per  
 missu magistratus) per fossam transportarent ad mare.  
 Distuli in hunc locum dicere de lembis, quos Virgilius  
 in primo Georgicon ponit inter fluuialia, his uersibus:  
 Non aliter quàm qui aduerso uix flumine lembum  
 Remigiis subigit, si brachia fortè remisit:  
 Atq; illum in præceps pronò rapit alueus amne.  
 Liuius lembos uidet habere inter actuariá, decadis IIII  
 lib. III. Naues quas ciuitatibus marítimis ademisset, red-  
 deret, néue ipse nauē ullā præter duos lēbos qui nō plus  
 q̄ XVI remis agerētur, haberet. Idem Liuius decadis III  
 lib. I. uocat actuariás naues eas que à Polybio lēbi dicun-  
 tur, dum ait: Ab actuariis aliquot nauibus ad alterā ripā  
 prahit. Polybius aut̄ οἷς ἐμελλοῦσι λέμβοι ὀνυμὸλκωντες ἐκ ἐό-  
 σφῃ & c. Sed ea uidebimus in rate ubi agit de transportan-  
 dis ab Annibale elephātis. Erant & maiores lēbi ad belli  
 usum nō inutiles. Itaq; classē lēborū legimus nō semel  
 apud Liuiū, & maxime decadis v lib. v. Antenor qui cū  
 classe lēborū ad Phanas stabat, Cassandriā inde traiecit.  
 Idē Liuius dec. III. li. II. Península est Pelopōnesus angu-  
 stis isthmi faucib. continētī adhærēs, nulli aptior atq; op-  
 portunior q̄ nauali bello. Si C tectē naues, & L leuiores

aperta, & centum triginta Iſſiaci lembi maritimā oram  
 uastare, & expositas propè in ipsis littoribus urbes coe-  
 perint oppugnare. Diodorus libro uigesimo: ἀδροίους  
 αὐτὸν ἀδροτάτους τ' λέμβων ἃ τ' ἄλλοι καταφράξας ἄνισι ἃ θηέ-  
 ριας ἰλιδίας κατασκευάσας ἐνέθετο μὲν τ' Ἰσιωνῶν ὀφειλῶν  
 τὸς πορρωτάτω βάλλοντας καὶ αὐτὸς τ' ὅποις καὶ Ἰόπου χηλαμύνας.  
 id est, congregatis iis lembis qui maximè expediti uide-  
 bantur, iisque cratibus & pluteis contectis, additis quoque  
 fenestris quæ clauderentur, imposuit machinas quæ tela  
 quàm longissimè emittere ualerent: eosque homines qui  
 illis machinationibus exactè uti possent. Quibus etiam  
 ueluti præcursoribus, uel (ut Cæsaris uerbo utar) ante-  
 cessoribus utebatur. Polybius in primo: ὁμοίως δὲ καὶ οἱ  
 ἐκ τῶν συρακουσῶν προαπεσαλμένοι ταμίαι ἀνήγγελλον οἱ προ-  
 πλῆν εἰδισμῶν λέμβοι τ' ἐπίπλουν τῶν Ἰωναντιῶν. id est, si-  
 militer & quæstoribus qui à Syracusanis præmissi erāt,  
 enuntiarūt lembi qui solebant antecedere aduersarioῦ  
 incursum & aduentum. Thucydides in sexto, πρόπλους  
 ναῦς uocat eas quæ præmissæ fuerant, καὶ τὰς πρόπλους  
 ναῦς ἐκ τ' ἐγέσης ἅμα προσέμειν' βυλόμνοι εἰδέναι περὶ τ' χημῶν  
 εἰδῆν. id est, & naues exploratorias ex Egesta simul ex-  
 pectabāt, cupiētes de nūmis fieri certiores, an curati es-  
 sent necne. Et paulopost: αἱ δ' ἐκ τ' ἐγέσης τρεῖς νῆες πρόπλοι  
 πρᾶξινον) οἱς ἀθηναίοις ὄν τὸ ῥήγιον ἀγγέλλουσαι ὅτι τὰλλα μὲν εἰ-  
 δῆ χημᾶτα ἃ ἔπλεον. id est, Egesta tres naues quæ ex-  
 plorandī causa præmissæ erant, præsto fuere Athenien-  
 sibus ad Rhegium, nuntiaruntque nullam curatā pecuniā  
 quam polliciti fuerāt. Plutarchus in Catone, κατασκευά-  
 καὶ uocat, ἡσσαν δὲ πέντακοσίων μὲν ἐκ ἐλάτῃς αἱ μοχλομοί, λιβυ-  
 νικά δ' καὶ κατὰ σκοπικὰ καὶ ἀφρακτὰ παμπληθῆ. id est, erāt non  
 minus quam quingentæ aptæ ad præliandū: Liburnicæ au-  
 tem & exploratoriæ apertæque ingenti numero. Quibus  
 Thu



Thucydidis uerbis, exploratoria potius quàm speculatoria nauigia significantur, quæ à Græcis & in his Plutarcho κατασκοπιὰ dicuntur, & aliquot Latinis. A. Hirtilius in v. Literisq; celeriter in Siciliam ad Atticum & Rabirium Posthumium cōscriptis, & per cata scopū missis, ut sine mora aut ulla excusatione hyemis uetorumq; exercitus sibi quàm celerrimè transportarētur. Tullius in quinto ad Atticū cata scopiū dixit in loco suprà citato: Aphra- dia Rhodiōrū, & dicrotum Mitylenæorū, & aliud cata scopium. Lilius decadis tertie libro secūdo, speculato- rias dixit. Inde duæ Malsiliensium speculato rie præmissæ retulerūt classē Punicam stare in ostio fluminis. Poly- bius in tertio, προαποεσπλα κατασκοπιουμίας δύο ναύς ταχυ- πλοόσπας μαοσαλιωκάς. Cæsar etiā in quarto, speculatoria nauigia protulit. Quod quū animaduertisset Cæsar, sca phas longarum nauium, item speculatoria nauigia mili- tibus compleri iussit, & quos laborantes cōspexerat, iis subsidia summittebat. λέλης, ut mihi quidē uidetur, po- nendus est inter actuaria, dictus per metaphoram equi celitis, quòd unico tantum per transtra remo agatur: λέ- λης enim equus dicitur qui ab uno fessore agitur & re- gitur. Παλεφάτος ποδὲ λέλητάνρωμ, νεανίστηι δὲ ἕνας ἐκ τῶ πο- ρείας ἐκ ἰώμης ἕνος καλεμλῆης νεφέλης ὑπὸ νόσση ἵππυς λέλητας διδωδξαι. πρώτορον γὰρ ἔν ἡπίσανθ ἐφῖ ἵππων ὀχείωδ, ἀλλὰ μόνου ἀρμασι ἐχῶνθ. id est, iuuenes quidā è radice montis pro- feci à uico quodam uocato Nebula, excogitant equos celetas condocere, in iisq; sedere. Nam ante id tem- pus nesciebāt in equis sedere, sed solum curribus utebā tur. Quibus uerbis planum sit, quid sit λέλης equus, ex quo λέλης dictus, q̄ uno remo & nō binis aut ternis per sedilia ageretur, quum tamē plures remiges haberet. Po- lybius in quinto, ἔλαβε ἡ ἰγ λέλητα πρὶ τῷ ῥίωμ αὐτωλικῶμ ὀμῶ

Ἐξ πληρώματι. id est, cepit & celocem secundum Rhium  
 Aetolicum simul cum sociis navalibus. Dicitur & *κελευσις*  
 πορ, Thucydides in primo, ἔδωξεν δὲ αὐτοῖς ἀνδρας οὐ κελευσις  
 ἰσὺς ἐμβιβάσαντας ἀνευ κερυκίς προσπέμψαι τοῖς ἀθηναίοις. id  
 est, uisum itaq; est aliquot hominibus in paruulū celocē  
 impositis sine caduceo præmittere ab Athenienses. Idem  
 alio loco, *θηραμένης* μὲν πρῶτος ἀσπύχου τὰς ναῦς ἀκρίτων ἢ  
 κέλευσις ἀφανίζετο. id est, Theramenes quidē traditis Atyo  
 cho nauibus delatus in celoce extinguit. Quo loco celo  
 cem uertit Valla, fortasse non inepte. Gellius enim in X  
 his uerbis usus est: Celoces, uel (ut Græci dicunt) celetes.  
 Xenophon in primo *ἐλλωικῶν*. Ἐξ δὲ ἐπιωνικῶν ἰσχυρῶν  
 κέλευσις πάντῃ ἀγγέλλει τὰ περὶ τῆς ναυμαχίας. id est, Eteonico  
 autem omnia quæ in prælio contigerant, per explorato  
 rium celocem nuntiata sunt. Idem in quarto de Brasida,  
 αὐτὸς δὲ ἦν κέλευσις ἀπὸ πλοῦ, ἐφεπτόμενος. Sic uerterem, Ipse  
 autem paruulo celoce eminus subsequens. Valla uertit  
 actuarium, & non celocem, ut sibi non satis constare uide  
 deatur. Appianus in secundo de bello ciuili: ἐπεμπε τρεῖς  
 θρόνους ἰσὺς ἢ ποταμὸν ἀπὸ Διόδωκου σαδίου ὄντα οἱ κέλευσις  
 ἔξυ τὸν κέλευσις τὸν ἀεισοῦ ὡς τε ἡνὶ πεμπομένη πρὸς καὶ ἄλλοι  
 ἐμελλον ἐπιμασθῆναι. id est, misit tres seruos ad fluuium qui  
 aberat duodecim stadiorum interuallo, qui instruendum  
 curarent celocem celerem cum optimo rectore ab usum  
 eius qui ueluti à Cæsare mitteretur. Plutarchus in Cæsa  
 re: πλοῖον δωδεκασηκαλιον uocat. ἀπὸ ῥυμλῶν ἢ τὸν ποδὶ παλῶν  
 ἀπὸν ἐβόλευσε βάλδμα, κέλευσις πάντῃ οὐ πλοῖον ἐμβὰς τὸν πο  
 τῆν δὲ δωδεκασηκαλιον ἀναχθῆναι πρὸς τὸ βεντίσιον. id est,  
 in anxietate constitutus rerumq; difficultate, rem arduā  
 excogitauit cām omnibus conscēso duodecim scalmor  
 rum nauigio illinc seducere Brundusiū. Dicitur & ἐπι  
 κτροκέλις ab Aristotele in primo ποδὶ ὀρμυλίας, quod est  
 nauigium



nauigium prædatorium, si Suidæ credimus. Xenophon  
 in primo ἑλληνικῶν, ἐπακτείδ᾽ α posuit: ἦν τῶν θαλάσσης καὶ ἀλι-  
 κωδῶν ἡκρὸν ἐκ τῆς ἑλλάδος οὐκ ἔστιν ἄλλο τῶν τελευτῶν καὶ ἐπακτείδ-  
 ῶν. A celete celetizontes pueri dicti, à Plinio libro trigesi-  
 mo quarto, capite octauo: Idem, celetizontas pueros fe-  
 cit, id est sedētes in equis & eos agitantes. Ponendi sunt  
 & cercuri inter actuaria. Liviū decadis quartæ libro ter-  
 tio: Ipse cum classe centum tectarum nauium, ad hæc le-  
 uioribus nauigiis, cercurisq; ac lembis ducentis proficisci  
 scitur. Appianus in Mithridate, ἡδὲ κέρως τέ πινας ὅν τῶν  
 σωίω πειρῶν αὐτῶν. Strabo etiam meminīt. Est & ἀλιὰς  
 inter leuiora minoraq; nauigia. Plutarchus in Pōpeiō:  
 ὡς ἐν εἰδῶν τῆς βασιλικῆς ὁδῆ λαμπρὰν ὁδὸν ταῖς θεοφάνους ἐλπίσι  
 ὁμοίαν ὑποδύχων, ἀλλ' ὕψι μᾶλλον ἀλιὰς ὅτι πρὸς πλεονεξίαν ὀλίγους  
 ἀνθρώπους. id est, ubi igitur uidēt minimè regiū, minimèq;  
 splendidum, neq; Theophanis spei congruentem rece-  
 ptum, sed in unico nauigiolo nauigantes paucos uiros.  
 Quum non satis scirem quod genus nauigiū esset ἀλιὰς,  
 adij Apianum qui in eodem historiæ loco sic ait, λευκῶν  
 οὐκ ἔστι τῆς γνώμης σκιάφῳ ὅν τε λῆες ἐπ' αὐτῆς ἐπέμπουσι, ὡς ἐπὶ θα-  
 λάσσης ὅπου ἀλιπενῶν, καὶ μεγάλαις ναυσὶ ἐκ δὲ χερῶν. id est, ap-  
 probata ab omnibus sententiā, miserunt ad eum uile na-  
 uigium, propterea qd mare illic diceretur uadosum, mini-  
 meq; capax magnarū nauium. Cæsar etiam in tertio De  
 bello ciuili, nauiculā paruam uocat, quam ἀλιὰς dixit  
 Plutarchus: Ab his liberaliter ipse appellatus, & quadā  
 notitiā Septimij productus, quod bello prædonū apud  
 eum ordinem duxerat, nauiculam paruam conscendit  
 cum paucis suis, & ibi ab Achilla & Septimio interfici-  
 tur. Plutarchus in Timoleonte oneri aptam & frumen-  
 tariā fecit, propterea quod necessitas urgeret, dum ait,  
 σίτου ἐκ κριτάνης μικρῆς ἀλιὰς καὶ λεπτοῖς ἀκροῖς ἀποπέλασεν.

Idem


Idem Plutarchus in eo libro qui ἀποφθέγματα inscribitur, quid sit ἀλιως, apertius declarare uidetur, quam ut dubitare debeamus: ubi de eadē fuga Pompeij tractat μετὰ δὲ τὴν γῆ φαρσάλω μοχλίω φεύγων εἰς ἄιγυπτον, ὡς ἔμελλε διαβαίνειν ἐκ τῆς τριήρους εἰς ἀλιευτικὸν πλοῖον ἀποσεύλαντ' ὁ βασιλέως. Vides ut quam supra dixerat ἀλιωδία, nūc uocet ἀλιευτικὸν πλοῖον, id est, nauem piscatoriam: ut nemo uel mediocris iudicij dubitare queat, quin ἀλιως sit ἀλιευτικὸν πλοῖον. Sic eruenda ueritas rerum obscurarū conquirendis conferendisq; inter se authorum locis.

*Fluuiatiliū nauium formas in antiquis monimentis tales uidimus.*





In monumentis antiquis nauem quoque flu-  
uiatilem hac forma depictam uidimus,





*Scapha antiqua ad uinum circumferendum,*





*Scapha fluuiatilis ad merces conuehendas,*





Pontem nauibus fluuiatilibus conſtratum hac forma uidimus Rome in columna Traiani.





VNC de fluuiatilibus dicendū, quæ sic dicuntur à Liuiio primæ decadis lib. x. Ibi captiuus proximo uico in custodiã datus, pars fluuiatiles naues ad superanda uasa stagnorū apte planis alueis fabricatas, pars captiua nauigiã armatis

cōplent. Polybius in tertio, ποτάμια πλοῖα uocat, his uerbis: καταλύσας δὲ δευτέρῳ θύγῃ γαφυρώσας πῖς ποταμίῳις πλοῖοις τῆ διαβάσει, ἀσδρῦβῆ ἢ ἐπέταξε στρατηγὸς τὸ πλῆθος αὐτὸς δὲ στρατὸς εὐθέως ἐχημάτισε πῖς πῆρα γεγονόσι πρὸς βενταῖς ἀπὸ τῶ σωεγγύς τόπων, id est, quum secūdo die constitisset, flumenq; ponte fluuiatilibus lembis imposito iunxisset. Asdrubali negotiū dedit exercitū traiciendi: ipse autem traiecto statim flumine respōsa dabat legatis, qui aderant à locis propinquis. Diodorus lib. xx. ἡ πολλῶν ἢ σκαφῶν ποταμίῳι αὐτῶν πῆδουκδασμῶν, πᾶν τῶν δὲ τῶν ἐχόντων ἐλὲν παντῶν ἢ ἄνθρωπων αὐτοῖς ἀνδρῶν, οἱ πρὸ τῶν ἀντιγόνου μετρίως ἠπορεύοντο. id est, multis illi conquisitis fluuiatilibus nauigiis, iis autem omnibus habentibus multiplicia telorum genera, uirosq; qui iis ex arte uti scirēt, Antigonus cum suis non leuiter premebatur. Idē in eodem de Semiramide: διακρούσας κατασκευάσει ποτάμια πλοῖα διαίρετα δὲ τῶ μετακίσεσι στρατηγὸς πάλιν ἀρμόσθη. id est, curauit construenda nauigiã fluuiatilia, quæ facile soluerentur, ut expedite magis transportari possent dissoluta, iterūq; ubi usus esset, cōpacta. Strabo eiusmodi naues πάντων uocat libro xvii. διέκρηται δὲ εἰς τῶν ἄνθρωπων ἀδὲ πάντων, ὁ δὲ πάντων δὲ σκυταλίδων πεπηγὸς ἔστι, σκάθου ὡς τε εὐκρίναι διπλοκίνω. Quod idē author προβῆσιν uocat. Inter fluuiatiles sunt lintres quæ remis agebantur, ut palam fit ex Casare in vii cōmentariorum: Conquirat etiam lintres, has magno sonitu remorū inci-

tatas in eandē partem mittit. Liviū decadis tertiæ libro primo: Itaq; ingens coacta uis nauium est lintriumq; temere ad uicinalē usum paratarū. Tullius pro Milone: Repente lintribus in eam insulā materiā, calcem, cements atq; arma conuexit. Extat iocus apud Tulliū de claris oratoribus, quem C. Iulius in perpetuū notauit, quum ex eo in utranq; partē toto corpore uacillante quæsiuit, quis loqueretur e lintre. Fiebāt quoq; naues uitiles e corio in Britānico oceano Pliniē tempore, ut testatur in septimo. Etiam nunc in Britanico oceano uitiles corio circūfuta fiunt: in Nilo, ex papyro & scirpo & arūdine. Herodotus quoq; in *λελειω* eiusmodi naues fluuiatiles admiratur: τὰ πλοῖα αὐτοῖσι ὄντι τὰ ἱστὶ τὸ ποταμῶν πορευόμενα ὄντ' βαβυλωνία ἔοντα λυκλωτόρεια πάντα σκύνια. ἐπειδὴ δ' ἐν τοῖσι ἀρμενίοισι κερβύπρθε ἀσσυρίων οἰκημέλιοισι νομέας ἰτέρας ταμώμιοι ποιήσωσι ποιεῖνσι τὸ τοῖσι διφθόρας σεγασσίδας ἔξωθεν ἐδιδάξοντο τρόπον, ὅτε πρὺ μνην ἀποκείνοισι, ὅτε πρῶτον σιωπῶντο, ἀλλ' ἀσπίδος τρόπον λυκλωτόρεια ποιήσαντες Ἐκαλάμης πλήσαντο παῦν τὸ πλείον ἴσθ' ἀπὸ αἰσὶ ἱστὶ τὸ ποταμῶν φόρεσσι φορτίων πλήσαντο, μολισα δ' βίβας φοινικίς κατὰ γαστρίων πλέσσι, ἰδιώτῃ δ' ὑπὸ δύο πλήκρων Ἐδύο αὐτῶν ὀρθῶν ἐσεώτων, Ἐὸ μὲν ἔλκετ' ὃ πλῆκτρον, ὃ δ' ἔξω ὠδῆσι ποιέει δ' ἐκὼν κάρτα μεγάλα ταῦτα τὰ πλοῖα Ἐἐλάσσω, τὰ δ' ἐμέγισα αὐτῶν κὴ πρὸν τακχιλίων ταλαάντων γόμου ἔχου, ἐν ἐκάστω δ' πλοῖω ὄνος ἴσθ' ἔνεσι, ἐν δ' τοῖσι μέγιστοι πλέυνουσ. id est, nauigia illis sunt, quæ secundo flumine deferuntur Babylonē uersus, omnia circulari forma eaq; ex aluta. Pastores enim Armeni qui supra Assyrios incolūt, id genus nauigij ex cestis falicibus construūt, circūpositis pellibus extrorsus, quibus tegumenti uice utuntur, carinæq; loco, nulla neque puppis, neq; proræ forma discreta, uerum scuti instar in orbem composita stipula referciunt: illudq; nauigiū flumini



mini permittūt mercibus onustū; præcipuè autē bicos e  
 palmarū foliis cōportant uīno refertos. Reguntur autē à  
 gubernaculis duobus cum totidē hominibus qui stant,  
 quorū alter trahit, alter extrinsecus propellit; fiunt autē  
 & hæc nauigia ualde magna, nonnulla & minora. Eorū  
 autem maxima ferūt onus talentorū quinq; milliū. Inest  
 & in unoquoq; nauigio asinus uiuus, in maioribus etiā  
 plures. Diodorus Siculus lib. XIX. ubi de adnauigāti  
 bus ad asphaltū in quodam lacu miram rationē non nau  
 uium sed fasciū, quæ tamen usum nauii præstent, refert  
 his uerbis: *πρῶτα κενασάμνοι γινόμενοι καὶ ἀμωμὸν ἐν μεγέθει  
 ἐμβάλλουσι εἰς τὴν λίμνην. αὐτὴ δὲ τῶν ἀνέκων τὸ πλεῖον τριῶν,  
 δύο μὲν ἔχοντες πρὸ δεξιῆς πλάτης ἰσχυροὺς, εἰς δὲ φορῶν  
 ἄλλα τῶν πρὸ ἀριστερῆς ἐκ τῆς πύρας ἢ ἐκ τῆς ἐπιπέδου ἀμωμῆς.  
 ὅταν δὲ πλησίον γένωνται τὰ ἀσφάλτου πελάγη ἔχοντες ἀνὰ πηδῶσι,  
 ἢ κατὰ τὴν μαλακίαν πέτρας ἀκρότητες γινόμενοι τὴν δεξιάν,  
 εἶτα ἀκρότητες εἰς τὴν ἀριστεράν. αὐτὴ δὲ ἡ ἀκρότης τῆς δεξιᾶς ὁ  
 ἀνέκων, μὴ δυνάμενος νῆν, ὁ κατὰ δύνειτον κατὰ τὴν γῆν τοῖς ἄλλοις  
 ὕδασι, ἀλλ' ἀνέκων τοῖς ὑπὸ σαμένοις ὁμοίως. φύσει γὰρ αὐτῶν  
 τὸ ὑγρὸν πρὸ ἀριστερῆς βαρῆ, ὡς συμβαίνει μετέχειν ἀνέκων ἢ  
 πνοῆς ἔξω τῶν σφραγῶν.* id est, calamorum fascies admodum  
 ingentes inter se coniungunt immittuntq; in paludem,  
 in quibus insident non plures tribus hominibus, quo  
 rum duo habent adalligatos remos latos, iisque remi  
 gant. Alius uerò ferens arcus adnauigantium ex ad  
 uerso, uel uim inferre conantium, impetum propulsat.  
 Vbi uerò propius ad asphaltum accessere, arreptis se  
 curibus operi intendunt, & tanquam e molli petra ex  
 cidentes, implent ratem colligatam e fascibus, dein  
 de retro reuertuntur. Quòd si quis eorum dissoluta ra  
 te in aquam incidat, natandi nescius, non pessum it,  
 ut in aliis aquis fieri solet: sed perinde atque peritū  
 natandi

natandi supernatat: natura enim illud humidū, pondus  
sustinet omne, cui contigit participē esse incrementi uel  
spiritus extra quā si de solidorū genere fuerit. Nec istorū  
ratis absimilis est prouerbiali illi, quē ῥίπα Græci uocāt.  
Lucianus: ἄδι ῥίπος ὡς ἡ πῆραιμία φησι τ' ἀεγᾶιον ἢ τ' ἰόνιον ὄψι  
πλευρῶν θέλοντά. Strabo in XV. χειθίας καλαμῖνας dixit,  
ubi de ἀσφάλτω mentionē facit. Fuerunt & monoxyla  
lintres, ut apud Pliniū in VI. Regio autem ex qua piper  
monoxylis lintribus Baracē conuehitur, uocatur. Quas  
designare uidetur Liuius decadis III lib. I. Nouasq; alias  
primū Galli inchoātes cauabant ex singulis arboribus,  
deinde & ipsi milites simul copia materiæ, simul facilita  
te operis inducī, alueos informes nihil dūmodo innare  
aquæ, & capere onera possent, curātes raptim faciebāt.  
Alueum autē pro carina uidetur sumpsisse Liuius deca  
dis III lib. III. dum ait: Ibiq; adeo non armamēta modo  
sed etiam aluei nauium quassati erant, subductæ naues  
dum reficiūtur aliquantū temporis contriuerunt. Sallu  
stius in bello Iugurthino: Hicq; alueos nauium inuersos  
pro tuguriis habuere. Alueum etiā pro uase ligneo pos  
sunt idem Liuius in primo: Tenet fama, quum fluitātem  
alueum quo expositi erāt pueri, tenuis in sicco aqua des  
stitiisset, lupam sitiētē ex montibus, qui circa sunt, ad  
puerilem uagitū cursum flexisse. Quem alueum Plutar  
chus in Romulo, σκάφαν uocat: ἤνδ' ἐμεινεν ἔν εἰς σκάφω  
τῆ βρέφῃ κατέβη ἢ ἄδι τ' ποταμὸν ὡς ῥίπων, id est, impositis  
in alueū pueris descendit ad fluuiū ut proiecturus. Scā  
pha enim non solum nauiculā significat, sed etiam uas  
concauū, quod etiā nunc nomen retinet apud Venetos.  
Plutarchus in Demetrio, ἐφόλκιον appellat, καὶ ἤντ' ναῦν ἰσ  
τρέμας ἔχον πάντας αὐτὸς ἔμβας εἰς τὸ ἐφόλκιον ἐξ ἠλθε μόνον.  
id est, Iusisq; in nauī omnibus conuiescere, ipse con  
scendens



scendēs in scapham exiit solus. Plane scapha est tanquā  
 in instrumento nauis; & si quis nauem cum instrumēto  
 emerit, præstari ei debet scapha secundum Labeonē in  
Naues

Naues ipſe ab hoſtibus captæ, captiuae dicebantur: ut  
 legimus in ſecundo bellorum ciuiliũ apud Cæſarem.  
 Nam ad eas quæ factæ fuerant Arelate per Cæſarem, ca  
 ptiuae Maſſilienſiũ acceſſerāt ſex, Aulus Hirſtius in quar  
 to, Ut uel claſſe dimicare poſſet, adiunctis captiuis nauib  
 bus ſociorum, Liuius in tertio tertiae decadis, Dum hæc  
 Romani parant aguntq; ad Philippũ captiua nauis una  
 ex ijs, quæ Romã miſſæ erant, excuſſa fugit. Græci ἀρχι  
 μαλώτης dicūt, ut uidimus apud Xenophontem in ſecun  
 do ἐπιλωικῶν, ἀπάρων τὰ τε τῶν ἀρχιμαλώτων νεῶν ἀκρωτήρια  
 καὶ τὰς ἐκ τῶν περιαιῶς τριήρεις πλω δώδεκα. Quo loco ἀκρω  
 τήρια poſuit ea quæ ἀκροσόλια ſupra diximus, Et cum na  
 ues captiuae dicantur, merito poſtliminum habent. Tul  
 lius in Topicis, Poſtliminio redeunt hæc: homo, nauis,  
 mulus clitellarius, equus, equa quæ fræna recipere ſolet.  
 Ut non ab re à iureconſulto de poſtliminio nauium hic  
 tractetur, Claſſem Veneti armatam uocant, Græci τὸ ναυ  
 λικόν. Appianus in quinto de bellis ciuilibus, ἐπὶ νῆος ἢ ἀπὸ  
 θάλασσαν ἐλθῶν ἐμπρῆσαι τὸ πηδῆ ναυλικόν. Id eſt, Claſſem  
 Titij. Thucydides in ſecundo, τῶν ναυτικῶν πρῶτον  
 κρείνθησι. alibi uocat νηίτην στρατὸν: quaſi dicas naualem ex  
 erciturum. In ſecundo, ἢ μὴ οἱ πολέμοιοι νηίτην στρατὸν ὑπὸ πλεί  
 οισι πῆ πόλει. Et in IIII. ὡς ἐκ εἰκός νηίτην γε αὐτῶν τῶν ἐν νηυσὶ  
 στρατῶν ἴδον πλῆθος ἐφ' ὑμῶς ἀρσεῖλαι. Alibi σόλο ab eodẽ di  
 cit̃ in VI. ὀλίγοι γὰρ δὴ σόλοιοι μεγάλοισι ἢ ἐπιλωικῶν ἢ βαρβαρῶν πολέ  
 ἀπὸ τῶν αὐτῶν ἀπάρων τε καὶ τῶν βαρβαρῶν. Appianus, ἦν δὲ αὐτῶν  
 νεῶν σόλο ἢ, καὶ τῶν ἡλθῶν ἐν τῶν νεῶν λαθῶν ὡς τις ἰδιώτης  
 φορεῖα κομιζομένη. Id eſt, Vbi Claſſis illius erat & in nau  
 ualia penetrauit lectica delatus tanquam priuatus quilibet  
 priam. Idem de bellis ciuilibus, ἡδὲ δὲ ἀρχιμαλώτης οἱ μὲν τῶν  
 κώλοισι ἐν χῶν πρῶτον τῶν γλυκῶν αὐτῶν μίσησθεσιν σόλο πρῶτον πλεον. id  
 eſt claſſe lunari forma diſpoſita. Idem Thucydides in ſe  
 ptimo



primo, *σρατίαὺ ναυτικῶ* uocat, *σρατίαρ δ' ἄλλω ἐψηθείσαν*  
*τοῦ πέμπειν καὶ ναυτικῶ ἢ περικύβη.* *Ἐπίνειοι* αὐτ' ὀλίσιμα  
*πῆρα θαλασσιον, ὅθεν τὰ νεώεια τῶν πόλεων erant:* ut Pyreus  
 Atheniensium, Nisæa Megarensium, Cyllene Eleorum:  
 ut est apud Thucydidem in primo, *καὶ κυλλήνῳ τὸ ἡλέωρ*  
*ἰπίνειοι γνέπρησαρ.* Nec ausim affirmare id Latinum no-  
 men habere. *Naualia* enim sunt ea, quæ à Græcis *νεώεια*  
 dicuntur. Tullius *Offic. Muri, naualia, portus, aquarū da-*  
*cius.* Thucydides in tertio, *νεώειω τε πῆρα σκιδάροντο καὶ ἤρ-*  
*ξαντο καὶ θρημοσύλας κατ' αὐτὸ τὸ σῆμα, ὅπως θυφύλακτα αὐ-*  
*τοῖς εἶν.* Veneti habent suum nauale, quod *arsenale* uocat,  
 totius orbis pulcherrimū, in quo *νεωσπίοι* sunt circiter se-  
 xaginta, id est nauium tecta: in quibus *triremes* reliquæq;  
 naues longè ædificātur à fabris *naualib.* quibus ibi *perpe-*  
*tuo stipēdia de publico procedūt.* Sunt αὐτ' *νεωβόιοι* *capaci-*  
*ces* singuli *triremis* uniusq; *biremis,* & *fabrorū* *na-*  
*ualiū,* qui eas cōmode, uel *ἐκ δρυόχωρ* ædificent, uel *con-*  
*quassatas* reficiāt: in quo est & *priuatū* *tectū* *thalamegi*  
 totius *senatus* *Venatorū* *capacis,* opus sanè quod cū *anti-*  
*quis* *regū* *Aegypti* *nauib.* *thalamegis*q; possit cōtēdere:  
*Bucentaurum* appellant. de quibus *thalamegis* potui *mul-*  
*ta* *adijcere:* sed non est uisum *operæ* *precium.* *Festinus* *meminit*  
 enim ad ea quæ *διπλασκαλικὰ* uidentur. *νεωβόιοι* *meminit*  
 Thucydides in septimo, *ὅτε ναῦς γν' τῶν νεωβόιοις ἄλλας ὀ-*  
*μείας τῆσδε παρέλιπε τε.* *Lucianus* *Ἀνάχαρσις,* *πόλιμ γὰρ ἢ*  
*μείσ' ὅ τὰ οἰκοδομήματα ἠγόμεθα εἶναι οἶον τείχη καὶ ἰδρὰ καὶ νεω-*  
*βόιοις.* *Strabo* libro XIII. *τριμεικόν* uocat, *nauale* ad *tri-*  
*remes* *recipiendas,* ὅμ τὸν ἑτέρου κλεισόν *τριμεικόν* καὶ *νόον*  
*σαθμόν* *ναυσὶ* *εἶησι.* Quibus uerbis intelligas *νόου* *σαθμόν* esse  
 maiorū nauium *capacē:* *τριμεικόν* αὐτ' *longarū.* *Nauēs* à *pa-*  
*tria* *cognomentū* *sortiūtur:* ut *μεγαρίδων,* *ἀμπεραλιωτίδων,*  
*ἑρμοσιδων,* *χίαι,* *λαβυκάδων,* *λακωνικαί,* *ἰταλιωτίδων,* *σικελικαί,*  
*συραί*

συρακῶσαι, φοίνισσαι, μιλησία, ἀναίτις, δ' ἕλα. Quorum om-  
 nium exempla extant apud Thucydidem in diuersis lo-  
 cis. Sic & σάμαινα δίσκα, quod primum in Samo insula  
 iussu Polycratis regis ædificata sit, quæ, cuius formæ fue-  
 rit, discas ex Plutarcho in uita Periclis, ἡ δὲ σάμαινα ναὺς  
 ὄντι ἐπὶ πρώτῳ μὲν τὸ σάμαμα, καὶ τὸ δὲ ἐν γαστροειδίῳ, ὡς  
 καὶ ποντοπρεῖν καὶ ταχυκαυτεῖν. οὐτω δὲ ὠνομάσθη ἵσα τὸ  
 πρώτον ἐν σάμῳ φανῆναι πολυκράτης Τυράννου κατὰ σκευάσθη  
 τῶ. Athenæus libro duodecimo paucis eadem retulisse  
 uidetur: ait enim πρώτῳ δὲ ὁ πολυκράτης, ἐν ναὺς τῶ ἕλας ἀ-  
 πὸς πατρίδῳ ἑκάλεσε. Quo loco non ἑκάλεσε, sed  
 ex Plutarcho potius ἑκάλεσε legendum existimo. Tule-  
 stor iudicabis, uigiliasq; nostras boni consules, aut ipse  
 meliora proferes. Et Phaselī fortasse à phaselide loco. A  
 ministerio & officio quod præstant, dicuntur πρυτανί-  
 σθου, στρατιώτιδες, λεπτὰ πλοῖα, ὑπερβολικά, φρεσίδες, φρεσῶσαι,  
 ἀγγυρολόγοι, πρὸς πλοῖα, Ἀλιὰ ἀ cursu ipso uel statione μετέω-  
 ροι, πλώμοι, ἐφορῶσαι, ἐξ ἀίρεσι, ὅδ' ἐν σέγχοι, ταχίαι, κῆφαι,  
 πελάγαι, αἰ ἀρίστα πλέσσαι, ἀντιπρώρος, δελφινόφοροι ὀγκῶδες,  
 ναῦν etiam μυριοφόρον dicit Thucydides in septimo. σπῆ-  
 βων ιζ, βαλθῶ δὲ ὄβρι ἀρκεί μυριοφόρον νηί. Dicitur & nauis  
 δελφινόφορῶ, & apud Thucydidem δελφινόφοροι ὀγκῶδες.  
 Dicimus etiam ἀντιπρώρος ναῦς, καὶ ἀντιπρόρτος ὀγκῶδες. id  
 est, quæ cū ipsis hominibus, & cum onere suo captæ uel  
 depressæ sunt. Diodorus libro decimonono, ἦν δὲ ναῦν  
 πλέσας ἀντιπρώρος εἶλε. Cæsar in primo de bello ciuili nos  
 docuit quomodo id Latine dicebatur, in hæc uerba, Itaq;  
 dū locus cominus pugnādī daret, æquo animo singulas  
 binis nauibus obijciebant: atq; iniecta manu ferrea, & re-  
 tenta utraq; naue diuersi pugnabant, atq; in hostiū naues  
 transcendebant: & magno numero Albicorum & pastor-  
 rum interfecto, partem nauīū deprimunt: nonnullas cum  
 hominibus



hominibus capiunt: reliquas in portum cōpellunt. Idem  
 in tertio aliter protulit dū ait, Ex his quadriremē cū remi  
 gibus defensoribusq; suis ceperunt. id est, αὐτανδρον, uel  
 σω τῶ πληρώματι. Diodorus in XVIII. dixit Græce eadē  
 ferē ratione qua Cæsar, ενίκα ὁ λεῖπτο, ἢ κατέδυσε ἢ τῶ  
 ἑναντίων ναῦς ἐπῆκαίδενκα, εἶλε ἢ σω αὐτοῖς ἀνδράσιμ ἐκ ἐλάτ  
 τω τῆ παρακοντα. id est, Vicit Clitus, et hostiū naues X. &  
 V. II. depressit: circiter aut XL. cū ipsis hominib. cepit. Idē  
 Diodorus non longe post uerba supra scripta αὐτανδρων  
 usurpat, ὅποι ἢ ἀπὸ πρὸν τῶ ἀφνω τοῖς πολεμίοις τεθορυβημένοις  
 θυβὺς ἢ τῆ πρῶτον ἐπίπλου ἐβέβησαν, ἢ τὰς ἢ τοῖς ἐμβόλοις τῶ  
 ἡνῶν ἀνέβριπτον, ὡν ἢ τὸς ταρασὸς πρὸς στρομ, ὡν ἢ αὐτανδρων  
 ἡξαδωδωμῶν ἀκινδωως ἐκνεύον, τέλος ἢ πλου μῆς τῆς ναυι  
 αρχίδος τῶν λοιπῶν πασῶν αὐτανδρων ἐκνεύον. Et paulo  
 post, ἢ κατανουμαχίαις αὐτανδρων τῆ σκαφῶν ἐκνεύον. Idē  
 in XX. τῆ ἢ μακρῶν αὐτανδρων ἢ ἐλίφθησαν, μ. δεφθέρησαν ἢ  
 πῶδ. π. αἰς πλήρης ὄσας θαλάττης κατήγαγον οἱ κραῖσσαντες εἰς τῆ  
 πῶδ τῆ πόλις τῶ πῶδ. αὐτανδρων, id est, naues cum ho  
 minib. ut dixit Cæsar. ἀμαξας αὐτανδρων dixit Lucianus  
 in πῶδ. ἢ τῶ ἀμαξας κατ'ελαμβάνοντο αὐτανδρων τῶς πλείστας  
 ἄλισκομῆας. id est, carrucas cū hominibus captas. Xenō  
 phon in primo, παιδείας dissolute dixit, πολλὰς γὰρ αὐτοῖς  
 ἢ πῶδ κατ'εκεκμηνιδῆσαι. Et in III. ἐσεφανωμῆς ἢ πῶδ  
 ποισαμῆς ἢ πῶδ εἰς τῶς τῶδ αὐτοῖς σεφάνοις. id est, cū corollis,  
 ut σω subaudiat. Id est cū ipsis corollis. Plutarchus αὐ  
 τῶδ ὀλκῶδας dixit, id est, onerarias cū mercibus impo  
 sitis & cū earū onere. Eius uerba sunt in Aemilij uita, εἰκό  
 σι ἢ αὐτῶδ ὀλκῶδας ἐχειρώσατο. idē πῶδ θυμῆας, de Ze  
 none his uerbis. (Ζωῶνι τῶ κῆ μῆα ναῦς πῶδ. φορηγός, πν  
 θῆμνος ἢ τῶν τῶ αὐτῶδ ἀπλωλῆσαι συγκλυθῆσαι, ἐντε εἶπν  
 ὡ τῶ κῆ ποίαις, εἰς τῆ τῶ τῶ σῶν σωελάνυσα ἢ μῆς. Ζε  
 noni Citieo unica nauis oneraria reliqua erat, quā cū au  
 disse interisse demersam cū ipso onere & mercibus, Re  
 ste, dixit

cte, dixit, atq; ordine q̄ fortuna facis: quæ nos ad palliū &  
 porticū Stoicorū cōtrudis. Quòd aut̄ Cels. uerbo de press̄  
 sit usus est, Græci κατεδραξ̄ dixerūt, ut uidimus. Inde à M.  
 Tullio depress̄a classis dicta in II. de diuinatione, Si enim  
 fatū fuit classes P. R. bello Punico primo, alterā naufragio  
 alterā à Pœnis depress̄am interire. Idē pro Archia poeta,  
 Nostra semper feretur, & prædicabitur L. Lucullo dimi-  
 cātē cū interfectis ducib. depress̄a hostiū classis, & incre-  
 dibilis apud Tenedū pugna illa naualis. Nostra sunt tro-  
 phæa, nostra monimēta, nostri triūphi. Descēdere ad nau-  
 ues dixit Tullius: cū tamen cōscendere nauē dicamus eo-  
 dē autore. Tullius in IIII. Acad. quæst. ad calcē, Nos ad  
 nauiculas nostras descendimus. Nō q̄ dicendū sit descen-  
 dere in nauē, sed ad litus & locū in quo stabāt nauiculæ,  
 ut cōscenderent. quin cōscendere nauē dicimus. Quid ei-  
 nim cōscendēs nauē sapiens nū cōprehensum animo ha-  
 bet, atq; perceptū se ex sentētia nauigaturū: Qui potest  
 Sed si iā ex hoc loco proficiscat̄ Puteolos stadia triginta,  
 probo nauigio, bono gubernatore, ac tranquillitate: pro-  
 babile uideatur se illuc uenturū esse saluū. Idē in I. de diui-  
 natione, Vnū de Simonide qui cū ignotū quendā profer-  
 cū mortuū uidisset, eumq; humauisset, haberetq; in ani-  
 mo nauē cōscendere: moneri uisus est, ne id faceret, ab eo  
 quē sepultura affecerat. Quin & cōscendere simpliciter  
 dicimus: Tu uelim q̄ primū cōscendas, ad meq; uenias:  
 apud Tulliū ad Q. fratrē. Conscendere Græci ὑπεβαιναι δι-  
 cunt. Plutarchus ποδι τ̄ ἐκλειροπότων χερσιν ἔτος ἔφην πο-  
 τε πλέων εἰς ἰταλίαν ὑπεβαιναι νεὸς ἐμπορικὰ χεῖματα ἃ συχρὸς  
 ὑπεβάτας ἀγύσις. Sed hæc grāmaticorū sunt: neq; satis di-  
 gna in quibus diūtius immoremur. Illa profecto obscu-  
 riora, q̄ fortasse uigilās lector à nobis desyderabit: q̄ sint  
 θραυίτη: q̄ συγίται: qui θαλάμακον apud Arist. in Ranis, δι-  
 αίτ, καὶ ἀρπαγροίην ὄν τὸ σῶμα τῷ θαλάμακι. Qui ab Appia no-



ἢ οὐ θαλαμῖται appellātur, ab alijs θαλαμῖται. Quòd si Graecorum Cōmentarios sequi uoluerimus; id tamen non erit expeditum. ita enim declarant, ut multo obscuriora ea ipsa reddere uideātur. Et, quod magis mirabere, pugnantia nobis in ijs explicandis proponunt. Enarrator enim Aristoph. in loco supra citato, ait fuisse tres ordines remigum: ut qui in inferiore parte nauis essent, θαλαμῖται dicebantur: qui in medio, ζυγῖται: qui in superiore parte, θρανῖται appellarentur. Qui θρανῖται, quoniā remos longiores trahebāt, grauioreq; labore uexabātur, eo à τριημιάρχαις præter stipendiū publicum donatiuū cōsequebantur. Quod ex VI. Thucydidis probari potest, dum ait, τῶν τριημιάρχων ὑπὸ φορὰς πρὸς τῶν ἐκ δημοσίου μαδῶν δίδοντων τοῖς θρανῖταις τὴν ναυτῶν. Stipendium autem publicum erat drachma in dies singulos: quæ æstīnatur quatuor solidis nostris turonensibus. Voluntarijs enim remigibus, ut hodieq; Veneti, non compeditis utebantur. Lucianus tamen πρὸς τὴν ἠλεκτρον, remigis mercedem ad duos obolos, id est, drachmæ tertiam statuisse uidetur, ait, οἷς ἡμᾶς ὁ νοῦν ὀβολοῦ γνῆλια ὀρέσσειν ἂν ἢ ἔλλειν τὰ πλοῖα πρὸς γυαντίου τὸ ὕδωρ. Xenophon in primo ἑλληνικῶν τριῶν βολον posuit his uerbis, εἶπον ὅτι εἰ πρὸς τὴν μεθόρου ἐκαστῶ ναύτη ὀβολοῦ πρὸς δέξιν, ἐκ δὲ τούτου τέτταρες ὀβολοὶ ἢ ὁμοῖοι, πρότερον δὲ τριῶν βολον. Sed locus Luciani intelligendus de ijs qui Pado flumine lintres, & alias fluuiatiles nauiculas, atque etiam piscatorias ducebant quæstus causa, non de remigibus triremium aut etiam maiorum. Sed ut ad positū reuertamur: si rationem habere uoluerimus eius formæ nauis, quam supra ubi triemis mentio facta est, depingendam curauimus, eamq; sequi, dicemus in illa inferiorem ordinem, & qui aquæ uicinior, esse thalamitarum, medium zygitarum, superiorem thranitarū. Sed si hoc uerū esset, deessent nobis nomina in quadriremibus

& maiorib. nauib. Qui enim erūt zygitaē in XL. ordinē  
 naue Ptolemæi regis: Qui thalamitaē: Præterea qui fieri  
 potest, ut uel decē tabulatorū, ne dicā XL. nauis in mari  
 nauiget, et tabulata ipsa supra aquā extēt, & nō pluribus  
 partib. aqua demergant: Pausanias in Atticis miraculi lo-  
 co refert nauigiū Deli fuisse, qđ à catastromate ad aquā  
 nouē remiges haberet: nullūq; ad suā ætatē illud magni-  
 tudine superasse. uerū præstiterit ipsius Pausaniæ uerba  
 adscribere: q̄, ut ingenue fatear, nō satis nobis intelliguntur:  
 sed sic habent, nisi si corruptus sit codex, *ὃ δὲ ἐν Δήλῳ  
 πλοῖον ἐδίφνα πω νίκησαντα οἶδα καὶ θύκω εἰς ἑνεία ὀρέτας ἀπὸ τῶν  
 κατὰ σρωμάτων.* Vndeciremē tamen Demetriū legerat, op-  
 nor, Pausanias. Quare ordines remorū nō possunt sic in-  
 telligi, ut diximus ex enarratore Aristoph. cū ea ratione  
 multa nauigia ordine remorū illud qđ in Delo erat, mul-  
 tis partibus superarint. Fuere enim (ut supra docuimus,  
 nec Pausanias ignorare potuit) X. XI. XII. XV. XL. remo-  
 rū ordines. Excogitāda ergo nobis alia ratio, quā ab ipso  
 enarratore Aristoph. hauriemus; nec tamē fuisse eūdē ex-  
 istimandū est, cū secū ex diametro pugnet. Subdit enim  
 qđ magis fit nobis uerissimile, *θρανίτης οὖν ὁ πρὸς τὴν πρῶτην  
 ναυ, ζυγίτης ὁ μέσος, θαλαμίτης ὁ πρὸς τὴν ὀπίστην.* Thranites igitur  
 est is qui ad puppim remigat, zygites q; in media nau-  
 ui, thalamites qui ad prorā. Vt nauis ipsa per longitudi-  
 nem in tres partes diuidēda sit: & qui remiges sunt in pri-  
 ma parte ad prorā, uocentur thalamitaē: qui in medio su-  
 pra arborē, zygitaē: qui in tertia ad puppim, thranitaē di-  
 cantur, itaq; fiet ut etiā in *τῆσδε παρακων τῆσδε* & infra uel supra  
 eā magnitudinē nauis triplex remigū ordo per longitudi-  
 nē inueniāt. Et sic intelligemus qđ scriptū est ab Appia-  
 no in lib. postremo bellorū ciuil. *καὶ τῶν ὀρέτων οἱ μὲν θαλα-  
 μίαι πάντες ἀπελίφθησαν, οἱ δὲ ἑσπέροι δὲ κατὰ σρωμα ἀναρρήξαν-  
 τες ἐζήχοντο.* Ex remigibus thalamitaē ad unum omnes  
 exceptū



excepti sunt, alij uerò direptis fororū tabulis adiuti, ad  
 suos enatarunt; quo loco θαλαμιοι fortasse legendum,  
 Iulius enim Pollux eo uocabulo utitur, his uerbis: καλῶν  
 το δ' αὐ καὶ θαλάμιοι δ' οὐ θαλαμιοὶ ἐρέησι, τὰ δὲ μέγα ἐπιπέδου  
 ζυγά, δ' οὐ ζυγιοὶ καὶ θηρῶν, τὸ δ' ἵππια κατὰ σρωμα θράνος, δ' οὐ θρανίτις,  
 ut ea ratione quā supra diximus nauis per lōgitudinem  
 in tres partes diuidatur. Mouet iterum quæstionē quod  
 ex Polybio supra retulimus: δὲ καὶ πλινθὴν βιαίαν ἤτι μέρου  
 τὸ ὑποπύθου τὸ θρανίτις) σκαλμόν, ut thranites in medio col-  
 locatus uideatur: & ita ipsi in uertendo intellexisse uide-  
 mur, & fortasse ὑποπύθου τὸ, &c. uertendū fuit infra thraniticū  
 scalmum, non autē sic, ut uertimus; alioqui pugnant ista  
 cum iis quæ ex Iulio Polluce diximus. Zygitæ enim in  
 mediâ naue sunt non thranitæ. Sic sub ea, id est post ea  
 Latini dixere. Nec tamen uerebor ingenuè fateri mihi  
 adhuc non liquere, an hæc nostra coniectura uera sit, ut  
 mihi in magnis opinionum naufragiis uersari uidear, e  
 quibus per me ipse emergere nequeo; illum solū animi  
 candorem præstare possum & debeo, ut lectori ignora-  
 tionē meam fateri non erubescā, ne aliqua nostri persua-  
 sione adductus in eūdē errorē trahatur. Quare illud ὑποπύθου  
 λέγοντος lector teneat: Nervos atq; artus sapientiæ esse,  
 non temerè credere. Adhibendī sunt authores utriusq;  
 linguæ, iisq; qui receptæ autoritatis cunctis sunt, in con-  
 silium: uidēdum etiam atq; etiā, num librarij aliquid de  
 suo addiderint, cauendū ne mendum pro uera lectione  
 nobis imponat: ut apud Plutarchum existimo, in libello  
 qui inscribitur, πῶς αὐτὸς αἰδοῖτο εἶναι τὸ πρῶτον πηλοῦτος ἐπὶ ἀρετῇ  
 τῆς κατὰ τὴν φασὶ σέξτον τε τὸ ῥωμαῖον ἀφεικότα τὰς γνὴ τῆς πόλεως  
 ἡμῶν ἐκ ἀρχῆς ἡμέρας. Φιλοφίαν, γνὴ δὲ τῶν φιλοφίμων αὐτὸν πάντων δι-  
 παρῶντα ἐκ χροῖων τῶν λόγων χαλεπῶς τὸ πρῶτον, ὀλίγους δεῖσσαι  
 καταβαλεῖν εἰωτὸ ἐκ ἑνὸς διήγου. id est, quemadmodū aiunt

Sextium Romanum spretis quibus in urbe fungebatur honoribus & magistratibus propter philosophiæ cupiditatem, inter philosophandum rursus ægreferentem, propterea quod initio ad percipiendū philosophorum sermonem tardior esset, parum abfuisse quin se è biermī quadam deiceret. Græca habent *ἐκ λυῶς δίνος*, cum tamē suprā dixerimus nos non legisse illud uocabulum apud probatum authorem, cum studiose omnes qui extant euoluerimus. Quare aliquando existimaui apud Plutarchum eo loco legendum *ἐκ λυῶς δίνος*, uel *δίνος* intelligendum pro domo quæ esset duorum tabulariorum, quæ à Græcis aliquando *δίσυς* dicitur. Sed cum uideatur à Polluce *δίνος* dicta, sit ut subsistam, lectio risq; iudicio relinquam. Qui (scio) nobis dabit ueniam, quod ea omnia nauium genera, quæ à Gellio recensentur (qui nuda earum nomenclatura contentus fuit) explicare nō potuerimus. Locus enim ille apud Gellium est corruptissimus, nec ipsi diuinare debuimus. Ecce tibi cum de caudicarum nauium uocabulo, cuius mentio in Gellio est, hæsitarem; casu incidi in locum Senecæ in libello de breuitate uitæ, qui eam mihi molestiam abster sit, his uerbis, Quis Romanis primus persuasit nauem conscendere? Claudius is fuit Caudex ob hoc ipsum appellatus, quia plurium tabularum contextus, caudex apud antiquos uocabatur. Vnde tabulæ codices dicuntur, & naues nunc quoque quæ ex antiqua consuetudine subuehunt, caudicæ uocantur. Hactenus Seneca. In uulgatis codicibus locus Senecæ corruptus est: & candelæ utrobique pro caudex legitur, & candelæ & caudicæ. Sed tu ad modum suprā scriptum Senecæ locum emendabis. loquitur enim de Appio Claudio Caudice cognomento; qui cum Q. Fulvio Flacco con-




ful fuit. Quod si alia tempus & lectio frequēs nobis aperuerit, lectori non inuidebimus. In praesentia quæ potuimus, ipsi benigne proferimus. Tu lector boni consule, ac nos ama.

Hæc Lazarus Baysius in studiosorum gratiam colligebat.



SED fortasse studiosis non iniucundum fuerit, si in calce huius operis, hic nobis aliquot nauibus propositis, partium earum nomenclaturā Latinis uocabulis indicauerimus. Quæ si quis Græce scire uelit, consulat ea quæ supra scripsimus. Nihil enim eorum quæ ad utriusque linguæ cognitionem attinent, quantum in nobis fuit, omisimus.





- A Corbis, unde Corbita.  
B Cornua, antennarum extremæ partes  
C Antennæ.  
D Malus, isôs.  
E Carchesium, summa pars mali.  
F Trachelus, media pars mali.  
G Pterna, inferior pars mali.  
H Opiferi funes.  
I Calos  
K Rudentes. Quanquam etiam à Plinio accipiatur rudens pro eo fune, quo nauis ad terram religari solet: oram Latini, Græci prymnesta uocant.  
L Parasemon.  
M Puppis.  
N Turres.  
O Prora.  
P Oculus.  
Q Rostrum.  
R Rostrum tridens.  
S Epotides.  
T Catastromata.  
V Remi.  
X Carina, alueus.  
Y Columba, Dryochos.  
Z Clauus.  
& Gubernacula.



- |   |                               |   |                |
|---|-------------------------------|---|----------------|
| A | χλωσκός, Anserculus.          | B | Anchoralia.    |
| C | Anchora.                      | D | Fori, hedolia. |
| E | πηγάδιον, Gubernaculum, Temo. |   |                |





- A Gubernator, κυβερνήτης  
 B Remiges, Nautæ, ἑπαιτοί.  
 C πρῶτος καὶ ὑπαρχὸς, Latinis proreta, qui  
 proram regit. Iureconf. in lege, Cotem.  
 §. Dominus, ff. De publicanis.  
 D Acroteria.  
 E Thronus.



- A θράνη, inde θρανίου.      B ζυγός, inde ζυγίου.  
 C θάλαμος, inde θαλαμῶνα, καὶ θαλάμοιοι, καὶ θαλάμοιοι  
 ab Aristophane.      D Vexillum.




LAZARI BAYFII

DE RE VE

STIARIA

1871

THE ...



LANARI BAYEII

DE RE VE

ST. IARIA

...



# ILLVSTRISSIMO PRINCIPI

D. IOANNI A. LOTHARINGIA

S. R. E. Cardinali meritissimo La

zarus Baysius S. D.



Vnum diu, multumq; me sollicitum haberet huiusce mei libelli editio, non tam quòd maleuolorum inuidiam pertimescerem: quis enim sanæ mentis huic labori meo inuideat: quàm quòd rei uestiariæ, quam tracto, familiarem pestem blattas scilicet & tineas, in hoc meum opusculum primo quoq; tempore impertum facturas suspicarer: tu unus ex omnibus mihi occurrebas, qui ingenij mei mediocritatem, non modò autoritate tua tueri & posses & uelles: uerum etiã tuæ amplitudinis odore, multo magis quàm mala illa aurea, quæ & medica & citria dicuntur, hanc synthesim meam ab omni tinearum impetitione uendicares. Quis est enim omnium, aut quotus quisq; est eorum quidem certe, qui cum musis, id est cum humanitate & doctrina aliquod habent cõmercium, qui quum hunc libellum tibi nuncupatum, tibiq; nõ ingratum, huius deniq; ipsius te patrocinium suscepisse rescierit, eum ipsum nominis tui titulo pellectus, non statim emendam curet, emptum perlegat, perlectum propè dicam, exosculetur, neq; de manibus unquam

t 2 deponat

deponat: & ut in eo plura uideat quæ reprehenden-  
 da, quàm quæ laudibus efferēda sint, tuæ certe digni-  
 tatis celsitudine permotus, à conuiuijs linguam absti-  
 neat: Quem uero ad te tuæq; non dicam metuenda  
 (amari enim uis non metui) sed obseruanda potius,  
 magnifica ista tui oris probitas non rapiat: generosa  
 formæ dignitas non alliciat: suauissima humanitatis  
 mollitudo nō inuitet: singularis deniq; raraq; in am-  
 plissima fortuna Romani sermonis facundia non  
 persuadeat: Quibus tu dotibus instructus & orna-  
 tus, non Romanos, Germanos, ac Gallos tantū mor-  
 do, uelut alter Gallicus Hercules, aures oculosq; au-  
 reis catenulis, id est ueneranda quadam suada uin-  
 ctos, quocunq; uis trahis: sed ipsum quoq; Franci-  
 scum regem acerrimum ingeniorum æstimatorum,  
 morum suauitate, quos in te nouit esse præcipuos,  
 ita deuinctum tenes, ut te unum ex omni purpura-  
 torum ordine potissimum delegerit, quem tum in ad-  
 ministranda regni mole, consiliorum participem, uel  
 potius principem haberet: tum uero quotidianis ex-  
 pulis communi mensa conuiuiam exciperet. Et hercu-  
 le bene. Quid enim est elegantia tua dignius, cuius-  
 tum oratio, tum uita perdifficilē illam grauitatis cum  
 humanitate cōiunctam societatem mihi uidetur con-  
 secuta: Neque uero illi: unus te adamare contendit,  
 quin etiam ad unum omnes Christiani nominis prin-  
 cipes



cipes, & eorum nonnulli Gallici nominis hostes, te Gallum, Gallicarumq; partiū, utrunq; & ob animi celsitatem, & ob uitæ integritatem ita probant, ut nemo unquam quisquam suum principem conterraneum magis. Nimirum hoc tibi tribuit admiranda quædam uirtutis uis, ac incredibilis ingenij dexteritas, ut te non solum ij, qui nunquam uiderint, admirentur: sed hostes etiã non uulgari amore prosequantur. Iam uero literatorum, studiosorumq; ordo, cui ultro te Meccenatē exhibuisti, te ita suspicit, magnã ut in spem ueniam, hæc meas uigilias, quas tuæ amplitudini consecrauimus, futuras illi, te commendante, gratiosas: quas tamen ipsas haud satis scio Iureconsultis, quibus scripsimus, fore plausibiles, propterea quod minime Accursij, Accursianorumq; morem sectati sumus. Quin & necessario pleraq; ex Græcorū fontibus adiecimus: uolui enim autoribus laudandis ineptiarum crimen effugere: quæ uereor ut istis stomachum faciant, eoq; nomine libellum hunc reiciant, qui ab hac transmarina atq; aduentitia doctrinã abhorreere solent. Porro autem utriusq; linguæ elegantiarum sectatores, qui ista mea legere non grauantur, oratos uelim, primum ut mihi asseuerati credant, me meliores ætatis annos in ediscendis Accursianorum ineptijs potius, quàm Vlpiani, aut Pauli responsis, de non satis eruditorum amicorum consilio,

t 3      consumpsisse

consumpsisse: quorum barbaries ingeniū, mentemq̄  
 meam infuscavit, quibus dediscendis non minus mi-  
 hi fuit negocij, quàm in ediscendo ad uerbū aut Pla-  
 tone, aut Demosthene, aut simul utroq̄: deinde me-  
 sero & cursim Græcas literas arripuisse, ac succisuis,  
 quod aiunt, operis: præterea cogitent, quid homo,  
 cuiusmodi ego & sum, & esse prædico, & præ me fe-  
 ro, præstare possit, in ea præsertim re, quæ abhinc an-  
 nos circiter mille doctissimo cuiq̄, ut nihil magnifi-  
 centius dicam, haud satis cognita fuit & perspecta.  
 Tum ad extremum ita fiet, opinor, ut nihil mihi de-  
 impetranda ab his uenia sit laborandū, etiam si non  
 nullis in locis lapsus fuerim, uel pleraq̄ omiserim. E-  
 go enim, ne forte nesciāt, hac lege hoc opus edo, mihi  
 posthac ut integrū sit, curta producere, peruersa mu-  
 tare, errata deniq̄ ipsa corrigere. Cur enim mihi cui-  
 dum triginta annos nato, semel non liceat, quod pro-  
 pè quinquagenario Budæo licuit, magno natu Erat-  
 smus sibi toties permisit? Quorum uterq̄ suo studio,  
 labore, & industria sibi doctrinæ nomine æternum  
 decus, patriæ Meccenatibusq̄ suis nun-  
 quam intermorumam gloriam  
 cōparauit. Vale præsul  
 ornatissime.



FF. DE AVRO ET ARGENTO LEGA  
to, Pandectarum lib. XXXVIII.

VLP I A N V S

**V**estis, an uestimenta legantur, nihil refert. Vestimen-  
torum sunt omnia lanea, uel serica, uel bomby-  
cina, quæ induendi, præcingendi, amiciendi, insternendi,  
inijciendi, accubandi uel causa parata sunt, & quæ his ac-  
cessionis uice cedunt, quæ sunt insitæ picturæ, clauicæ qui  
uestibus insuntur. Vestimenta omnia aut uirilisa sunt,  
aut puerilia, aut muliebria, aut communia, aut familiaria.  
Virilia sunt, quæ ipsius patrisfamiliæ causa parata sunt,  
ueluti togæ, & tunicæ, palliola, uestimenta stragula, am-  
phitapa & saga, & reliqua similia. Puerilia sunt, quæ  
ad nulli alium usum pertinent nisi ad puerilem, ueluti to-  
gæ prætextæ, alicubi & chlamydes, pallia, quæ filijs no-  
stris comparamus. Muliebria sunt, quæ matrisfami-  
liæ causa parata sunt, quibus uir non facile uti potest sine  
uituperatione, ueluti stola, pallia, tunicæ, capitia, zonæ,  
mitræ, quæ magis capitis tegendi quæ ornandi causa com-  
parata sunt, plagulæ, penulæ. Communia sunt, quibus  
promiscue utitur mulier cum uiro, ueluti si eiusmodi penu-  
la pallium uel est, & reliqua eiusmodi, quæ sine rephren-  
sione, uel uir, uel uxor utatur. Familiaria sunt, quæ ad fa-  
miliam uestiendam parata sunt: sicut saga, tunicæ, penu-  
læ, lintea uestimēta, stragula, & cætera similia. Vestis  
ex pellibus constabit. Item uestes caprinæ & agninæ, ue-  
stis erunt. Argumento sunt etiam nationes quædam, ue-  
luti Sarmatarum, quæ pellibus teguntur. Aristo etiam co-  
gato cedere uice margaritarum. Item fibulæ ornamentor-  
um magis, quam uestis sunt. Tapeta uesti cedunt, quæ  
aut insterni, aut inijci solent: sed stragulas & Babylonicas,  
quæ

quæ equis insterni solent, non puto uestis esse. Fasciæ cri-  
 nales, pedulesq; item pilea, uestis loco sunt, quia partem  
 corporis uestiunt. alia causa est cedorum, quia usum cal-  
 camentorum præstant. Cervicalia quoq; nomine uestis  
 continentur. Si quis addiderit uestem suam, apparet de  
 ea eum sensisse, quam ipse in usus suos habuerit. Culcitre  
 etiam uestis erunt. Item pelles caprinæ & agninæ uestis  
 erunt. Muliebri ueste legata & infantilem contineri, &  
 puellarum & uirginum, Pomponius lib. x xii. ad Sa-  
 binum recte scribit: Mulieres enim omnes dici, quæcūq;  
 sexus fœminini sunt. Ornamenta muliebria, sunt quibus  
 mulier ornatur, ueluti in aures, armillæ, uiriolæ, annuli,  
 præter signatorios, & omnia quæ ad aliam rem nullâ pa-  
 rantur, nisi corporis ornandi causa. Quorum in numero  
 etiam hæc sunt, aurum, gemmæ, lapilli, qui aliâ in se nul-  
 lam utilitatem habent. Mundus muliebris, est quo mu-  
 lier mundior fit. Continentur & eo, specula matulæ, un-  
 guenta, uasa unguentaria, etsi qua similia dici possunt, ue-  
 luti lauatio, riscus. Ornamentorum hæc, uittæ, mitræ & se-  
 mimitræ, calantica, acus uie, cum margarita, quam mulier  
 res habere solent, reticula, κερύφαλα. Sicut & mulier  
 potest esse munda, non tamen ornata, ut solet cōtingere  
 in his, quæ se mūdauerint, lotæ in balneo, neq; se ornaue-  
 rint. Et contra, est aliqua ex summo statim ornata, non ta-  
 men emundata. Margarita ita si non soluta sit, uel qui alij  
 lapides, siquidem exemptiles sint, dicendū est ornamen-  
 torum loco haberi. Sed & si in hoc sint soluti, ut recompo-  
 nantur, ornamentorum loco sunt. Quod si adhuc rudes  
 sint lapilli, uel margaritæ, uel gemmæ, ornamentorum lo-  
 co non erunt, nisi alia fuerit mens testātis, qui hæc quoq;  
 quæ ad testamenta parauerat, ornamentorū loco & ap-  
 pellatione comprehendī uoluerit.



## LAZARI BAYFII ANNO

TATIONVM IN L. VESTIS, FF.

De auro &amp; argento leg. Liber.

## Caput I.



Vnt qui putent inter uestem  
& stolam hanc esse differen-  
tiam, ut cum uestis appellatio-  
ne, omne uestimentum com-  
prehendatur, muliebri iuxta  
ac uirile, stolæ mulierum tan-  
tum uestimenta intelligantur.  
Quos sequutus uidetur Vi-  
pianus hic, qui stolā inter mu-  
liebria uestimenta annuntie-

rat. Et autorem uidetur habere locupletissimum Cicero-  
nem Antoniana secūda, in hæc uerba, Sumpstisti uirilem  
togam, quam statim muliebrē stolam reddidisti. Ego ue-  
ro haud magno in discrimine ponā, dicatne quis, uestem  
aut stolam, cum ex autorum obseruatione, quin hæc duo  
uocabula *συνώνυμα* sint, parum abesse existimem. Vete-  
res enim stolam dixerunt omne quod corpus tegetet, au-  
tor Nonius. Cicero quoq; cum muliebrem adijcit, sentire  
uidetur stolam quoq; uirorū fuisse: quod & probari po-  
test ex autoribus à Nonio citatis. Græci uero, uel potius  
quidam Græcarum elegantiarū scriptor, ait, uestis, quam  
*ἑδῆται* uocat, appellatione omne uestimentum contineri:  
stolam uero indumenti rationem quandam, ac modum  
demonstrare, ut alia stola Græcorum, alia Barbarorum.  
Quo in significato utitur Plutarchus, cum alibi, tū in Ale-  
xandro, *ἤνικου*, inquit, *ὁ καλὸς μὲν ἁλεξάνδρου, καὶ δια-  
ρετῶν ἔλαβε δῶδεκα κόμας, καὶ σολὴν πορτικῆν χιτῶνα.* hoc est,

Vicitis qui uocabatur Alexander, gratiaq; illi facta, ut diuodecim uicis potiretur, stolaq; Persica uteretur. Stola Persica ait pro cultu Persico. Idem Plutarchus in Dionne, cum de Dionysio seniore loquitur, qui neminem inexcussum in cubiculum admitteret, sic ait, εἰσὶ δὲ πρὸς αὐτὸν εἰς τὸ δωματίον, οὐτ' ἀδελφός, ἢ υἱός, ὡς ἔτυχεν ἡμεῖς μὲν; ἀλλ' ἔδει πρὶν εἰσελθεῖν, ἀποδύωτα τὴν ἑαυτοῦ σὺν κλιῖν ἕκαστον ἐτόρην ἀναλαβεῖν, ὡραθόντα γυμνὸν ἔσθ' ἢ φοιλαπτόντων. hoc est, Ingrediebatur uero ad ipsum in cubiculum neque frater, neque filius, ut erat indutus: uerum opus erat ante ingressum unumquemque, posito suo ipsius cultu, alium suscipere, nudumq; ita à satellitibus uideri. Stola uero dicta uidetur ἀπὸ τῆς ἐλλομαι, quod induo signat: ut apud Plutarchum, in Arato, ὁ δὲ ὄργινος ἐπὶ τὰ λαβῶν νεανίσκος ἐσακλινῆς ὀδύπορικῶς. hoc est uiatoria indutos. quo uocabulo utitur Budæus in quadā epistola, uide de quo dicere solet Janus Lascaris, quod olim de Tullio dixit Apollonius. Viatoriā uero uestem hodieporicam appellat Herodianus, quam uulgo *robam curtam* dicimus. Herodianus in quinto, ubi de Macrini fuga, qui posito cultu regio ἐδῆτάτε ὀδύπορικῶν λαβῶν, ὅτι τὴν κεφαλῶν ἀεσκέπων, νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν ὀδύποροι φθάνων τὴν κλιμὴν φέροντες τύχης. hoc est, Sumptaq; ueste uiatoria, obtectisq; usq; capite, noctem diemq; iter faciebat, famam sue fortunæ præueniens. Sic & Plinius cubilia uiatoria dixit libro xxxvii. Et Neronis principis qui sceptris perfonis histrionum, & cubilia uiatoria unionibus consternerat, Nos quoq; fortassis haud absurde dixerimus cubilia uiatoria lectulos quibus passim in comitatu utimur.



Statue milleris figura ex antiquis. monumentis que etiam hodie Romae insistentur.



**A**It Vlpianus, Vestimentorum sunt omnia lanæa. De lanarum generibus ex Plinio pauca subiiciam, quandoquidem melius est à fontibus haurire, quam riuulos consecrari.

Hispania nigri uelleris præcipuas habet: Pollentia iuxta Alpes. Vnde apud Martialem lanæ Pollentinæ.

Non tantum pullo lugentes uellere lanas,

Canusium rutili, quas erytras uocant. Canusinæ ruffæ dictæ a Martiale:

Roma magis fuscis, uestitur Gallia ruffis.

Et Canusinatū Syrum dicit pro Canusina ueste ornato,

Vt Canusinatus nostro Syrus affere sudet.

Fuluas habet Tarentum, & suæ puliginis. Histriæ, Liburniæq; pilo propior, quam lanæ, pexis aliena uestibus, & quam sola ars scutulato textu commendat in Lusitania.

Scutulatum uero textum eiusmodi ferè est, quale cernitur in aranearū telis. Plinius libro undecimo, cap. XXXIII

Quanta arte celant pedicas, scutulato rete, ad capiendas muscas circa grassantes. Est autem scutula à scuto dicta.

Plinius X VII. ubi de emplastratione, Ergo amputatis omnibus ramis, ne succum auocent, nitidissima in parte, quæ præcipua cernatur hilaritas, exempta scutula, cortici, ita ne descendat ultra ferrum, imprimitur ex alia cortex par cum sui germinis mamma.

Per scutulam intelligo corticem ad effigiem paruuli scuti eximendum ab arbore, & alium in eius locum cū germine reponendū.

At uero mollis erat in agro Mutinensi, cuius meminit Strabo in quinto, ὄρεα δὲ τῶν μὲν μαλακῶν, οἱ ποδὶ κατὰ τὸ πῶν, ἢ τὸν σκότων ποταμὸν φέρουσι, πασῶν πολὺ καλίστω. τὴν δὲ

τραχέαν ἢ λιγυσικὴν, ἢ τὴν ἐν σέβρω, ἢ ἢς τὸ πλεόν Φλοικίας

ἢ



τῶν ἰταλῶν τῶν ἀμπελοποιῶν, τὴν δὲ μέσλιν ἢ ποδὶ πατασίον, ὅς ἦσ  
 οἱ τὰ πικρὰ οἱ πολυτελεῖς, καὶ γούραποι. hoc est, Lanam ue  
 ro mollem Mutinensis ager, eaq; regio quæ ad fluuium  
 Scutanam pertinet, fert omnium lōge optimam: hirtam  
 uero Ligustica, & Mediolanensis, ex qua bona pars Ita  
 liæ seruitiorum uestitur. Mediocrem autem, ea quæ circa  
 Patauium, ex qua preciosissima tapeta & gausapinae sūt.  
 Est & hirta pilo crasso, in tapetis antiquissima gratia.

Lanarum colores natiui memorantur quatuor præci  
 pui, etiam si Plinius dicat, uel natiuis nomina deesse ali  
 quot modis. Albus in Apulia nobilis, ut ait Martialis.

Velleribus primis Apulia, Parma secundis

Nobilis, Altinum tertia laudat ouis.

Niger in Hispania, & Pollentia, ut diximus, rutilus, qui  
 & ὀρθός dici potest, & à Martiale ruffus. Fuluus & suæ  
 puliginis Tarentinus. Quis uero sit fuluus color, docet  
 Fronto apud Gellium his uerbis, Fuluus autem uidetur  
 de ruffo atque uiridi mixtus, in alijs plus uiridis, in alijs  
 plus ruffi habere. Sic poeta uerborum diligentissimus ful  
 uam aquilã dixit, & iaspidem, fuluos galeros, & fuluum  
 aurum, et arenam fuluam, & fuluum leonem. Sic Qu. En  
 nius in Annalibus fuluo ære dixit. Flauus contra uidetur  
 ex uiridi & ruffo & albo concretus. Sic flauentes comæ,  
 & quod mirari quosdam uideo, frondes olearum à Vir  
 gilio dicuntur flauæ. Sic multo ante Pacunius aquam fla  
 uam dixit, & flauum puluerem: cuius uersus, quoniam  
 sunt iucundissimi, libens commemini, Cedo tamen per  
 dem, lymphis flauis flauum ut puluerem. Hactenus Gel  
 lius. Flauentes comæ dicuntur, quæ sunt crocei coloris,  
 quod uel Ouidiano uersu probari potest, in secundo de  
 Amoribus,

Seu flauent, placuit croceis Aurora capillis,

Quando uero in colorum mentionem incidimus, qui multi uarijque in uestimentis reperiuntur, sericis iuxta ac laneis, addam ex eodem Gellio que præcipue ad noscendos colores facere uidebuntur. Ait Gellius eodem capite, Non enim hæc sunt sola uocabula, ruffum colorem demonstrantia, quæ tu modo dixisti, ruffus & ruber; sed alia quoque hæctenus plura, quàm quæ dicta abs te Græca sunt. Fuluus enim & flauus, & rubidus, & phœniceus, & rutilus, & luteus, & spadix, appellationes sunt ruffi coloris. Hæctenus Gellius. Aduertendum tamen ex eodem quòd phœniceus, rutilus, & spadix sunt *σπῶννυμα*, & significant exuberantiam, splendoremque ruboris, quales sunt fructus palmæ arboris non admodum sole incœcti, unde spadici & phœnicei nomen. Rubidus autem & ruffus atrore & nigrore multo mixtus. Luteus quoque ruffus est, sed dilucidior. Viridis uero color appellatur quoque cœruleus, qui à Græcis glaucus dicitur, unde Palas *γλαυκῶπις* dicta; à ueteribus autem Latinis cœsia quasi cœlia à colore cœli, ut inquit P. Nigidius. Aufonius quoque de Biffula latine dixit,

Oculos cœrula, flaua comas.

Hoc est, ut uulgo loquimur, quæ habet oculos uirides. Illud interim mirari subit, quid in causa sit, quòd nos Galli simul & Germani in puellarum forma oculos cœrulos laudamus; contra uero Romanis ac Græcis puellæ oculis nigris censentur. Cœrulei coloris uestis dicitur & cymatilis, quia nomen sortitur ab undis. Apud Ouidium, Hic undas imitatur, habet quoque nomen ab undis. *κύμα* enim fluctus est. Nec me latet quosdam per cymatilem uestem apud Plautum intelligere undulatam, id est, de cymelot; quod haud scio an ridiculum sit. Quod autem de luteo diximus, Nonius ait, luteum proprie esse croceum.

Auto



Autor Virgilius in Bucolicis,  
 Iam croceo mutauit uellera luto. Et alibi,  
 Aurora in roseis fulgebat lutea bigis.  
 Sic & oui uitellum, luteum dicimus. Crocota uestis di-  
 cta Nonio, unde infectores crocotarij apud Plautum. &  
 dicitur Crocota à croco, ut opinor, quo uocabulo utun-  
 tur & Græci *κροκωτός* & *κροκώλειος*, Id est crocota & cro-  
 cotula: quæ inter muliebria connumerantur. Quo uoca-  
 bulo quidam putauerunt rubrum colorē intelligi, Ouid.

Nec fuerant rubri cognita fila croci.  
 Vides ut crocum rubrum dicat Ouidius. Ostrina quoq;  
 ab ostro, qui est subrubens. Turpilij, Interea aspexit  
 uirginē uestari, in capite riculam indutam ostrinam. Mo-  
 lochinus in ueste similis flori maturæ, cuius infectores di-  
 cuntur Molochinarij à Plauto in Aulularia. Ferrugineus  
 est color ferro ardenti haud absimilis, ut quidam putau-  
 re, qui & hyacinthinus ex Virgilio, ait em̄, Ferrugineos  
 hyacinthos. Ex Nonio. Castaneus in uestibus is color,  
 quem sublata prima syllaba, uulgo *taneum* dicimus, cui-  
 us meminit Ouidius de arte Amadi. Neq; uero alienum  
 uidetur ex Platone in Timæo pauca de coloribus adde-  
 re, Græca non adscribam, quia subtimeo, ne Græcarum  
 literarum experti nauseam moueam, quando fere sit, ut  
 facile aspernemur, quæ ignoramus. Marsilius ita uertit,  
 Quod uisum disgregat, album appellatur: nigrum uero,  
 quod congregat: motionem profecto acutiorem, alte-  
 riusq; generis ignis incidentem, dispergentemq; uisum  
 usq; ad oculos, orbescq; ipsos oculorum, meatusq; ui di-  
 uerberantem, liquefacientemq; ignem esse dicimus ex  
 opposito obuiantem: cuius occurso lachryma, corpus ex  
 igni & aqua mixtum effunditur, & uno quidem igne ue-  
 lut e coruscatione quadã exiliente, altero uero penetrantem.

te, & ab humore extincto uarij creatur ex huiusmodi mixtione colores: atq; ipsam passionem, fulgorem, coruscationemq; uocamus, quodq; id facit, splendidum atq; coruscum. Horum medium ignis genus ad oculorum humorem perueniens, illiq; se miscens, minime quidem coruscum: sed ex ipsa ignei radij ad humorem mixtione sanguineum creante colorem, rubrum nominamus. Splendidum albumq; rubro mixtum, flauum procreat. Quo autem mensuræ modo singula singulis misceantur, etiam si quis nouerit narrare, prudentis non est, præsertim cum neq; necessariam, neq; uerisimilem de his rationem afferre possit. Rubrum cum albo nigroq; purpureum generat. Paulo obscurior, moreus, luteolusq; fit color. Fuluum flauifuscisq; temperatione producitur: fuscum uero, albi & nigri cõfusione. pallorem albi flauisq; copula generat. Splendidum albo adiunctum, obscurumq; nigredine, cœruleum efficit. Cœruleum cum albo glaucum creat. Fului nigrisq; temperie color uiridis nascitur. Hactenus Marcellus. Plura de coloribus dicere supersedi, quoniam hæc de re multa pollicetur Marcellus Florentinus, quem etiam si fato functus est, de coloribus copiosissime, simul & doctissime scripsisse arbitror.

## Cap. III.

**P**urpureus color in uestimentis laudatissimus antiquis fuit, cuius autorem fuisse ferunt Herculem, ut scripsit Iulius Pollux in onomastico ad Commodum imperatorem, his uerbis, *Τύρσοι λέγεται ὡς ἡρακλῆος ἡγάδου κόκκινης ὀνίχου χρωματός. Τύρσο δὲ ἢ τῆς νύμφης τὸ ὄνομα. ἔπειτα ἀπὸ τῆς ἡρακλῆος καὶ κύων, ἢ τῆς παλαιῶν νόμου, οἶδα δὲ ὅτι τοῖς ἡρασι σιωπῶσι τὸν μέγιστον ἐκκλησίας οἱ κύωνες. ὁ πίνων ἡγάδου κόκκινης ἢ τῆς τριῶν ἐπιπέδου δεκάσιμων πορφύρα, περικλάστος αὐτῶν ἐκ κερκῆος, ὅντα λακῶν, ὁ μὲν τὴν σάβαναν ποιεῖται προφίλῳ, ὁ δὲ λυθῶν ἀπὸ*



ἔφα τὰ χεῖλη τῶ κυῶς ἀμάξας ἐφοίνισον. ὡς δὲ ἦκον ὁ ἦρωσ πρὸς  
 τῶ κυῶν, αὐτῆ δὲ διαβαρύνει τὰ χεῖλη τῶ κυῶς αὐθῆντα ἀκθεῖ  
 βαφῆ, ἃ ἐφύ προσηκε δα τῶλοιπὸ τοῦ ἡρακλέα, εἰμὴ αὐτῆ κομί  
 σσειν ἐδῆντα τῶ τῶ κυῶς χεῖλῶν θνειδετέραν. ὁ μὲν ποίνω ἡρα  
 κλῆς ἐξ ἰδύρε τε τὸ ζῶον καὶ τὸν λυθροῦ ἀνελέξατο, καὶ τὸ δῶρον  
 ἐκόμισε τῆ κόρη, πρῶτ θ γηρόμην θ θυρετῆς τῶ τυρίῳ λόγῳ θ  
 φοίνιστος βαφῆς. Hoc est, Tyrī ferunt, Herculem captum  
 amore nymphæ indigenæ, quæ Tyrus uocabatur. Secta  
 batur autem Herculem canis, ut erat mos antiquus. No  
 sti enim quòd simul cum heroibus canes in concionem  
 ingrederentur. Canis igitur Hercules purpuram per sco  
 pulum adrepentem conspicatus, ipsius prominentem ca  
 runculā mordicus adripuit, & pro cibo usus est, cruorq;  
 labra canis colore phœniceo infecit. Vt uero redijt he  
 ros ad puellam, ipsa conspicata canis labra insueto color  
 re infecta, negauit sibi quicquam posthac cum illo fore,  
 nisi si uestem canis labris speciosiore afferreret. Sic itaq;  
 Hercules concha illa inuenta, cruorem collegit, munusq;  
 puellæ attulit, primus inuentor, ut Tyrī perhibent, phœ  
 niceæ infecturæ. Hæc ferè ad uerbum, ut rudiores Græ  
 ca intelligant. Imperatores Romani priuatis purpuræ u  
 sum interdixerunt, in titulo, Quæ res uendi non possunt,  
 libro quarto Codicis.

Purpuræ autem appellatione omnis generis purpuræ  
 contineri puto. Itaq; buccinum & conchylum con  
 tinebitur, l. Si cui lana, supra De legat. tertio. in uulgatis  
 codicibus legitur fucinum & iacinctum, uel iacinum, &  
 in horum interpretatione mirandum in modum halluci  
 natur Accursius, cum ex Plinio constet buccinum & con  
 chylum inter purpuræ genera adnumerari. Nec admo  
 dum placet, quòd Nebrissenfis ianthinum legit. Purpuræ  
 usus nobis est ignotus, quod & affirmat Budeus in libro  
 x de Asse

de Afse. Mirum tamen uidetur, cum in Carteia Beticæ  
 prouinciæ olim murices & purpuras nobiles fuisse con-  
 stet, ex Strabone in tertio, *ἢ δὲ καὶ ἐν τῇ κέρεια δὲ καὶ κα-  
 τάλως καὶ πορφύρας φασίν.* Hoc est, in Carteia aiunt bucci-  
 nas & murices decem cotylorum capaces. In Sardinia  
 quoq; fuisse constat ex prouerbio, *Βάμμα Ἐρδωνικῶν αὐτῶν  
 τῶ ἐρυθρῶ καὶ φοινικοῦ,* Tinctura Sardonica pro rubra &  
 purpurea. Romæ uero purpuræ usum semper fuisse testa-  
 tur Plinius his uerbis, Purpuræ usum Romæ semper ui-  
 deo, sed Romulo in trabea. Nam toga prætexta, & la-  
 tiore clauo, Tullium Hostilium è regibus primum usum,  
 Hetruscis deuictis, satis constat.

Purpura erat insigne Romanorum magistratum,  
 quod & Martialis affirmat cum ait,  
 Diuisit nostras purpura uestra togas.

Et ab eodem purpura ponitur pro magistratibus,  
 Purpura te felix, te colit omnis honos.

Plinius in decimo, ubi de gallis, Vt plane digne aliti  
 honoris tantum præbeat Romana purpura. Id est, Ro-  
 mani magistratus. Purpuræ uiolaceæ pretium in libras  
 denarijs centum. Plinius, Nepos Cornelius, qui diui Au-  
 gusti principatu obiit: Me, inquit, inuene uiolacea pur-  
 pura uigebat, cuius libra denarijs centum uenibat. Id  
 est, decem aureis solatis. Subdit Plinius, Successit diba-  
 pha Tyria, quæ in libras denarijs mille non poterat emi.  
 Id est, mille iulijs, uel centum aureis solis. Paulo post, Di-  
 bapha dicebatur, quæ bis tincta esset, ueluti magnifico  
 impendio. Dibaphum appellat Tullius epistolarum se-  
 cundo, ad Cælium: Curtius noster dibaphum cogitat, sed  
 eum infector moratur. Et ad Atticum, Proinde isti licet  
 faciant quos uolent c o s s. tribunos pleb. etiam, deinde  
 Vatinij strumam, sacerdotij *δὲ βάφω* uestiant. Id est, ueste  
 purpurea



purpurea, & bis tincta dibapha. Plinius tamen pelagij, id est purpuræ genus, in libras quinquagenos nummos, & buccini centenos ponit, id est, quinquaginta solidos & centenos. Nummum pro solido nostro accipio ex Budaeo. Vestimenta purpura infecta, eo temperamento, ut eius lapilli colorem reddant, qui amethystus appellatur, amethystina dicuntur. Plinius libro XXXVII, Indicæ absolutum purpuræ colorem habent, ad hancq; tinguentium officinæ dirigunt uota. Fundit autem eum aspectu leniter blandum, nec in oculos, ut carbunculi uibrat; unde Ouidius amethystos purpureos.

Hic baphias, hic purpureos amethystos.

Martialis in primo amethystinasq; mulierum uocat uestes. Inde amethystinatus. Martialis in secundo

Hic quem uidetis gressibus uagis lentum,

Amethystinatus media qui secat septa.

Iam & ille addito Tyrio, Tyriamethystus dicitur. Plinius de tinguendo amethysto, Non est satis abstulisse gemmæ nomen amethystum, rursus absolutus inebriatur Tyrio, ut sit ex utroq; nomen improbum, simulq; luxuria duplex. Tyrium accipe pro purpura Tyria. Tyros enim quondam insula à Tyro Phœnicis filio appellata: postea uero Alexandri Magni oppugnantis operibus continenti iuncta, nobilis fuit conchylis & purpura. *πυρρα*, ut ait Strabo, *ἡ ἵτασαι πασῶν ἢ τυρία καλίστη πυρρα*. Hoc est, Longe enim omnium præstantissima habetur Tyria purpura. Tyrus quondam Sarra dicta, unde Sarrana apud Iuuenalem. Dicuntur quoq; absolute Tyria, uestes purpura Tyria infectæ. Ouidius,

Sive erit in Tyrijs, Tyrios laudabis amictus. Martialis in primo,

Hispanas, Tyriasq; coccinasq;

Tyriæ quoque lacernæ.      *Martialis,*  
 Ut lutulenta linat Tyrias mihi mula lacernas,  
 Quarum precium discite ex eodem Martiale,  
 Emit lacernas millibus decem Bassus

Tyrias coloris optimi.      *Et in Mancinum,*  
 Millibus decem dixti

Emptas lacernas munus esse Pompillæ.

Idem *Martialis* in *Proculeiam*, libro decimo, uestis purpureæ immensum pretium ponit, quam trabeam fuisse puto, uel togam pictam. Ludit in uxorem quæ diuertit à uiro, propterea quòd Prætor esset renuntiatus,

Quid, rogo, quid factum est, subiti quæ causa doloris?

Nil mihi respondes? Dicam ego, Prætor erat.

Constatura fuit Megalensis purpura centum

Millibus, ut nimium munera parca dares.

Per Megalensem purpuram intelligit togam pictam, qua ornabantur Prætores celebrandis Megalensibus ludis. *Iuuenalis* enim inter ornamenta Prætorum adnumerat trabeam,

Quum non essent urbibus illis

Prætexta & trabeæ.      *Et alibi,*

Megalesiacæ spectacula mappæ,

Idæum solenne colunt, similiq; triumpho

Prædo caballorum prætor sedet.

Toga enim picta triumphantium erat, ut docebo *ex Liui*. Quod uero toga picta fuerit Prætorū, docet *Lampridius* in *Alexandro*, in hæc uerba, Prætextā & pictam togam nusquā, nisi consul accepit, & eam quidem quam de Iouis templo alij quoque accipiebant, aut Prætores aut Consules. Quibus uerbis apparet, Prætores & Consules solitos accipere prætextam & togam pictam de templo Iouis. Et etiam tunicam, quæ ob id à *Iuuenale*, ut opinor



nor, tunica Iouis dicitur. Alio uero tempore Prætores  
 utebantur prætexta. Plutarchus in Cicerone de Corne-  
 lio Lentulo, Qui cū Prætor esset, magistratu se abdicauit.  
*σπράττω δὲ γὰρ ἐτύχαιε, ἢ τὴν πρὸς φόρου ἐν τῇ βασιλικῇ καταβ-  
 ῶσθαι, ἀλλὰ ἐξ ἰδίῃ τῆς συμφορᾶς πρὸς πρῶτον.* Hoc est, Er-  
 rat enim Prætor, positaq; in senatu prætexta, fortunæ sug-  
 congruam induit. Interpretes aliter uertit, scilicet purpu-  
 ream uestem. Vter ueritatis scopum attigerit, doctorum  
 sit iudicium. Nihil mihi sumo, nihil interpreti detraho. La-  
 tius autem explicabo in prætexta, eam ipsam esse, quam  
 Plutarchus identidem *πρὸς φόρου* appellat. Sed ad Mar-  
 tialem reuertamur, qui cū ait, centū millibus, sestertiūm  
 intellige. Cum lacernarum Tyriarum posuerit, *cing cens  
 francs.* Et sanè uestem purpuream emere *cing mille francs,*  
 immensum uidetur, nisi si quis de purpura dībapha intel-  
 ligat, quæ in libras denarijs mille non poterat emi, ut ait  
 Plinius. Atqui fuit tempus cum ipsa purpura ad argen-  
 tum appensa ei rependebatur, *ἰσοσίου ἢ ἡ πορφύρα πρὸς  
 ἀργύρου ἕξ τετρακομίων,* ut ait Athenæus dipnosophistarum  
 libro XII. Vel fortasse Megalensis purpura accipienda  
 est ea quæ à prætoribus in ornatū chori in ludis illis, par-  
 tim emebatur, partim cōducebatur, partim etiā cōmoda-  
 to rogabatur. Cuius meminit Plutarchus in Lucullo, ubi  
 loquitur de quodā Prætoře de spectaculis ambitiose solli-  
 cito, qui cum à Lucullo in chori ornatum chlamydes pur-  
 pureas peteret, *ἀπεκείνα ποσκεψάμενος ἂν ἔχει δώσειν, εἴτα  
 μεθ' ἡμέραν ἠρώτησεν αὐτὸν, ὅπόσων δέοιτο, τὸ δὲ ἐκαστὸν ἀρκέ-  
 σειν φήσαντ'.* ἐκέλευσε λαβεῖν *δύο κοίνους.* Hoc est, Re-  
 spondit inspecturum si domi haberet, daturumq;. Postri-  
 die uero interrogauit eū, quot sibi opus esset. Illo autem  
 affirmante, centum sufficere, iussit dare bis totidem. Ha-  
 ctenus Plutarchus, qui ex Horatio hæc sumpsisse uide-

tur epistola ad Numitium, dum ait,  
 Chlamydes Lucullus, ut aiunt,  
 Si posset centum scenæ præbere rogatus,  
 Qui possim tot? ait: tamen & quæram, & quot habebō.  
 Mittam. post paulo scribit sibi millia quinq;  
 Esse domi chlamydum, partem uel tolleret omnes.  
 Exilis domus est, ubi non & multa supersunt.  
 Verum cum obfirmate decernere non ausim, uter sen-  
 sus sit uerior: tamen eorum alterum uerum esse putabo  
 tantisper, dum quispiam ex eruditorum ordine mihi alie-  
 ter persuadeat. Porro autem ex Plinio satis constat im-  
 mensum purpuræ præcium fuisse, cum ait, Conchylia  
 quoq; & purpuras omnis ora atterit, quibus eadem ma-  
 ter luxuria, paria penè etiam margaritis præcia fecit. Et  
 paulo post, Congregantur uerno tempore, mutuoq; at-  
 tritu lentorem cuiusdam ceræ saluant. Simili modo &  
 murices. Sed purpuræ florem illum tingendis expeti-  
 tum uestibus in medijs habent faucibus. Liquoris hic mi-  
 nimi est in candida uena, unde præciosus ille bibitur ni-  
 grantis rosæ colore sublucens. Hactenus Plinius. A con-  
 chylis, conchylata uestis. Cicero in Antonium, Con-  
 chylatis Cnæi Pompei peristromatis seruatorum in cellis  
 lectos stratos uideres. Et apud Iuuenalem, Conchylia  
 Coa. Iulius Cæsar conchylatæ uestis usum, nisi certis  
 personis, & ætatibus, perq; certos dies ademit. autor  
 Tranquillus. Murices quoque purpuræ usum præstant,  
 in Tyro nobiles, ut ait Cælianus. Martialis in primo,  
 Olidæ uestes murice. Ouidius,  
 Nec quæ de Tyrio murice lana rubet.  
 Et erat grauis odoris. Martialis,  
 Quod bis murice uellus inquinatum.  
 Inde iocus in Philenem,



Tinctis murice uestibus quod omni

Et nocte utitur, & die Philenis,

Non est ambitiosa, nec superba,

Delectatur odore, non colore.

Ianthina etiamnum uestimenta sunt uiolacea purpura infecta: *ἰανθῖν* enim Latini uiolam dicunt. Plinius libro **xxi**, Purpureæ latiore folio statim ab radice carnosae exeunt, solæq; Græco nomine à cæteris discernuntur, appellatae ia, & ab ijs ianthina uestis. Sic enim legendum ex emendatissimo codice. Qui colos à Græcis *ἰοσδίνος* dicitur. Iulius Pollux in decimo, ubi *πῶς τῶν ἐν ταῖς κλίμας ἐπιόντων*. Martialis in secundo, Coccina famosa donas, & ianthina mœchæ. Id est, uestimenta purpura uiolacea infecta, luxuria enim, ut ait Plinius, uestibus prouocauit eos flores qui colore commendantur. Hos animaduerto tres esse principales. Vnum in cocco, qui in rosis micat, gratius nihil traditur aspectu. Et in purpura Tyria, dibaphaq; Laconica. Alium in amethysto qui in uiolâ, & ipsum purpureum, quemq; ianthinum appellamus. Genera enim tractamus in species multas sese spargentia. Tertius est qui proprie conchylis intelligitur multis modis. Vnus in heliotropio, & in aliquo ex ijs plerunque saturator: alius in malua ad purpuram inclinans, alius in uiola serotina conchyliorum uegetissima. Sic enim legendum censeo. Nec tamen me fallit ab hyacintho flore, cum loto & croco ab Homero laudato, dici etiamnum hyacinthina ea uestimenta, quæ cum eius floris colore certant, uel etiam eiusdem nominis lapide. Persius, Hic aliquis, cui circum humeros hyacinthina læna est. Magnum sanè discrimen esse, inter amethystinum & hyacinthinum, palàm fit ex Plinio lib. **xxxvii**, ubi de hyacinthis: Multū ab eo distat hyacinthos

hyacinthos, tamen è uicino descendēs differentia, quòd ille emicans in amethysto fulgor uiolaceus, dilutus est in hyacintho, primoq; aspectu gratus euanescit antequam satiet, adeoq; non implet oculos, ut penè non attingat, marcescens celerius nominis sui flore. Quibus uerbis uidere est, Ianthinum, id est, uiolaceum legendum apud Plinium, non autem Iacinthinum. De Iacintho uerso in florem Ouidius transformationum decimo, Hac tenus de purpura. Nec tamen omiserim adscribere uocabula, quibus Græci, & in his Pollux, uestes purpureas appellant; ea sunt, ἀλκυρίς, πορφύρεϊς, φοινικίς. Hoc tamen ultimum potius colorem phœniceum quàm purpuram designat. Illud quoq; non omittendum Lacedæmonios in prælijs ufos ueste quam φοινικίδα diximus, quæ cum sanguinei coloris esset, uulneratos fallebat, si sanguis per eam deflueret, Hæc ex Græcorum commentarijs. Quod si ea requiris αὐτοῖς ὀνόμασι. φοινικίς γίνετα λακωνικόν, ὅτι πρὸς εἰς πόλεμον ἴσταν ὁμοχρῶς αἵματι, ὡς αὐτὸς εἶποτι πλυγλίαι σὺν βαίει, μὴ εἰς Θιλοψυχίαν αὐτῶς ἐμβαίνειν τὸ αἷμα ὀρώμελον. Verba hæc sunt, Purpura indumentum Laconicon cum ad bellum proficiscerentur sanguini concolor, ne si quando uulnerari eos contigisset, sanguinis aspectus metum eis incuteret. Purpuræ uero appellatione coccum non continebitur, ut placet Vlpiano in leg. Sicui lana. supra De legatis tertio. Quod si uerum est, non profus eadem sentire uidebitur Matthæus, de ueste qua induerunt perfidi Iudei seruatorem nostrum Iesum Christum, cum Marco & Ioanne, ait enim, περιέβησαν αὐτῷ χλαμύδα κοκκίνου. Id est, Circudederunt ei chlamydem coccinam. Marcus uero ait, qui Matthæi epitomen scripsit: καὶ γυμνώσιν αὐτὸν πορφύραν. Id est, Et induunt eum purpura. Ioannes quoq;, καὶ ἰμάτιον πορφύρεον περιέβαλον αὐτόν. Id est, Et pallio



Et pallio purpureo circumdederunt eum. Vides ut Mar-  
cus & Ioannes de purpura cōueniunt. Matthæus uero,  
uel Matthæi potius interpres, de cocco sentit. Quocirca  
uel interpres in uertendo Matthæo falsus est, quod mini-  
me affirmare ausim, si Ioannes uertit, ut putant: uel Mat-  
thæus ipse, coloris potius rationem habuisse uidetur q̄  
materia. Quando quidem nemo rerum antiquarum peri-  
tus, inficiabitur illam purpuream fuisse, siue chlamys fue-  
rit, siue trabea, siue toga picta, quæ erant antiqua patrum  
munera, mittebanturq̄ regibus & amicis à P. R. appella-  
tis, ut dicam in prætexta. Verum hac de re curiosus ad se-  
natum Sorbonicum referat. Coccum igitur à Dioscoride  
κόκκος βασιλιν dictum, frutex est fullonijs, cui adhærent  
grana, quibus fit color ille lanarum præcipuus, cuius co-  
pia summa in ea parte Hispaniæ, quæ Tudertania appella-  
tur, ut est autor Strabo in tertio. Sunt qui putant eo a-  
bundare Germaniam, esseq̄ id, quod *cramesium* uulgo  
dicimus. Etiam si Raphael Volaterranus multæ lectionis  
uir, existimet id esse quod anthillum et anthicellum apud  
Plinium. Ego nihil temere hac de re affirmare ausim, tan-  
tum dico à cocco dici coccina uestimēta ea quæ cocco in-  
fecta sunt.

Martialis in secundo,

Coccina famosa donas & ianthina mœchæ. Iuuenalis.

Quem coccina læna

Vitari iubet, & comitum longissimus ordo.

Vnde coccinatus. Martialis in primo,

Qui coccinatos non putat uiros esse.

Illud uero hac in parte non omittendū uidetur, quod scri-  
psit Plutarchus in Fabio, signū scilicet prælij futuri Rom.  
imperatoribus fuisse tunicā coccinā, extensam supra præ-  
torii. ἀμα δὲ ἡμέρα τὸ τὸ μάχης σημεῖον ἐξέθηκεν. ὅτι δὲ χιτῶν  
κόκκινος ἵππερ ἐλίσσεται γινῆσκειν δὲ στατεινόμενον. Hoc est,

γ Prima

Prima luce pugnae signum extulit. Est autem tunica coc-  
 cina supra praetorium extensa. Guarinus, haud scio quam  
 recte uestem purpuream uertit. Vexillum uero erat in  
 signe, cum ad arma concurrere oporteret, ut memini me le-  
 gisse in secundo commentariorum Caesaris. Antequam  
 uero a cocco & purpura discedo, non iniucundum lectori  
 delicato fore arbitror, si ex Plutarcho addam memora-  
 bilem purpuræ uim & copiam, quæ Sufis ab Alexandro  
 captis in ipsius deuenit potestatem. Verba Plutarchi sub-  
 scribam, ea sunt in Alexandro, ὄντ, φησί, καὶ πορφύρας ἐπι-  
 μονικῆς ὑπεβλήθη τάλαντα πενταχίλια, συγκεκμημένης μὲν ἐξ  
 ἑξήκοντα δρόντων ἑξακοσίων, πρόσφατον δὲ τὸ αὐτῷ ἐπι καὶ νε-  
 κρῶν φηλατῆσις, ἀέτιον δὲ τότε φασὶν εἶναι τὸ πλὴν βαβυλῶν ἑξα-  
 κηκοντῶν ἡμέτερα τῶν ἄλλοτρῶν. hoc est, Vbi aiunt & purpuræ  
 Hermionicae inuenta quinquaginta millia talenta, re-  
 positæ quidem ab annis ferme ducentis, recentemque ad-  
 huc coloris florem, nouumque seruantis. Huiusce ue-  
 ro rei causam adferunt, quod infectura purpuræ ex meli-  
 le facta sit. Talentum accipe pro pondere. Iam & illud  
 adscribam ex Athenæo, ubi de scena Alexandri, cuius  
 meminit Budæus in libro de Assæ, καὶ πρῶτον μὲν, inquit  
 πόρσαι πεντακόσιοι μελοφόροι ποδὶ αὐτῶν ἕκαστος εἰς ἑκάστην πορ-  
 φυραῖς καὶ μελίνας ἑδῆσιν ἐξ ησκημηνοί. μετὰ δὲ τότες τὸ ξόστια  
 τὸν ἀριθμὸν χίλιοι, οἱ μὲν φλεγινὰ ἕνδεκακῶτες, οἱ δὲ, ὑσγυνοβαί-  
 φῆ, πολλοὶ δὲ ἑκατέρωθεν εἶχον ποδὶ βόλαια. Et paulo post, εἰπε-  
 μέντοι πόρσαι τότε πλὴν πορφύραν ἔχον πλῆθος, οἷς ἀλέξανδρος  
 ἑδωκεν φορέειν πλὴν σολῶν τῶν αὐτῶν. hoc est, Et primi quidem  
 Persæ quingenti pomigeri, intus ad Prætorium adfite-  
 rant, purpureis ac melinis uestibus ornati. Post hos uero  
 mille sagittarij, quorum alij flammae induti, alij hyssicina,  
 multi uero & cyanea habebant circumiecta. Præterea Per-  
 sarum decem millia, & purpuræ ius habens turba, erant  
 circiter



circiter quingenti, quibus Alexāder gratiam fecit huius  
 modi stola uti. Quod uero apud Athenæum ὑργινοβαφῆ  
 scriptum est, nos uertimus hysginea. Est autem hysgi-  
 num planta colore flaua, & inde ὑργινοβαφῆ dicta quæ  
 ab ea planta tincta sunt, τὰ ἐκ αὐτῆς βαβαμυρία. Hoc le-  
 gisse memini in scholijs in Nicandrum, si tibi probatus  
 autor. Hysgini uero mentionē facit Plinius lib. x x x v.  
 cap. v i. & Vitruuius in octauo. Quod si uerum est, fal-  
 suntur qui censent apud Plinium libro nono, cap. x l i.  
 legendum hysginum, Neq; enim ipse uideo quonam pa-  
 cto ex cocco & Tyrio simul mixtis fieri posset color fla-  
 uus, & hysgineus. Quinetiam operæ precium uisum est,  
 memorabilem Sardanapali luxum ex Athenæo subscri-  
 bere, quem nequissimus ille ad rogam usq; finemq; uitæ  
 exercens, perseuerauit: qui cum mori destinaisset, præter  
 auri argentiq; uim incomparabilem, secum pallia, purpu-  
 ras, stolas innumerabiles in rogo concremauit. Verum  
 non ab re erit, opinor, tragœdiam ipsam ex Athenæo tō-  
 tam perspiciendam proponere. Sardanapalus, quem alij  
 Anacintaraxi filium, alij Anabaxari aiunt, in regia clau-  
 sus, à nemine præterquam ab eunuchis & uxoribus ui-  
 debatur. Cum uero Arbaces Medus suorum unus Satra-  
 parum, per eunuchum Paranesum ægre impetrasset, ut  
 in regis conspectum admitteretur, illius iussu admissus, ui-  
 det eum Medus cerussatum, muliebriq; cultu & cura or-  
 natum, una cum scortis purpuram carminantem. Erat au-  
 tem lacte candidior. Cum itaq; Medus id ægrè tulisset,  
 quod talis scilicet ipsis imperaret, bellum adornat: colle-  
 ctisq; utrinq; copijs, uictus tandem, fugatusq; ab Arba-  
 ce, Sardanapalus mori destinauit. Qui in regia pyram,  
 immane quantum altam cum excitasset, in ea ipsa pyra-  
 domum ligneam ædificauit, in qua cubilia strauit, ibiq;

decubuit cum uxore. Scorta quoque in alijs cubilibus erant. Siquidem tres filios, duasque filias rebus desperatis Nivnum emandauerat, regisque orae illius fidei commendaue rat, datis auri talentis 3000. In domo autem illa lignea circumposuit auri mille myriadas: argenti uero decies mille myriadas talentum: & pallia & purpuras, & stolas omnigenas. mox ignem pyræ summitti iussit, quæ ardebat totos quindecim dies. Lege Græca, & uidebis quanta fide uerterimus quæ sunt eiusmodi.

Caput IIII.

**L**inea) Quod ad linum attinet, linea tunica à Græcis dicitur *λινοῦ χιτῶν*, quam Athenienses talarem gestabant, autor Pollux. Illud non ineptum fuerit, addere, quod de lino asbestino scripsit Plinius, Inuentum iam est etiam quod ignibus non absumeretur, uium id uocant, ardentesque in focis conuiuiorum ex eo uidimus mappas sordibus exustis splendescētes igni magis, quàm possent aquis. Regum inde funebres tunicæ corporis fauillam ab reliquo separant cinere. Nascitur in desertis adustisque sole Indiæ, ubi non cadunt imbres inter diras serpentes, assuesciturque uiuere ardendo. Rarum inuentu, difficile rextu, propter breuitatem. Vocatur autem à Græcis asbestinum ex argumento naturæ. Anaxilaus autor est, lino eo circumdatâ arborem surdis icibus, & qui non exaudiantur, cædi. Ergo huic lino principatus in toto orbe. Porrò autem Strabo in decimo, scribit in Caristo lapidem nasci, quem tondere solent, & mox nere, ex quo fiunt *χειρόμακτρα*, id est mantilia, quæ sordida facta, flammis emundari solent, non aliter quàm aquis. *ὅτι δὲ τῆς ἰνῆς καὶ ἐξω καὶ ἡ λίθος φύεται, φαινομένη καὶ ὑφανομένη ὡς ἐπὶ ὑφάσματα χειρόμακτρα γίνονται, ῥιπωθέντα δὲ βάλλονται καὶ ἀκριβαίρεται τοῦ πίνου τῆς πλύσεως πᾶσα πλησίως.* In Aldinis codicibus



codicibus quædam uocabula supersunt. Tu in hunc modum supra scriptum emenda. Est & bulbi genus lanam ferens, quod in litoribus nascitur. Habet autem lanam sub primis tuniculis, inquit Theophrastus apud Athenæum in secundo, *ὄφραίνετου δὲ δὴ αὐτὸ καὶ πόδιαι καὶ ἄλλα ἱμάτια*. Hoc est, Texuntur autem ex ea fasciæ pedales, & alia uestimenta, ut & Phæniās ait. *χειρόμακτα δὲ καλεῖται*, inquit Athenæus in nono, *ὡς τὰς χεῖρας ἀπεμάτηντο*. Id est, Quo manus abstergebant. Plinius lib. XIX, cap. secundo, Theophrastus autor est, esse bulbi genus circa ripas annium nascens, cuius inter summum corticem, eamque partem qua uestuntur, esse laneam naturam, ex qua mapalia, uestesque quondam conficiebantur. quo loco non mapalia, sed pedalia legendum puto, ex Theophrasto apud Athenæum supra citato. Sed neque regionem in qua id fiat, neque quicquam diligentius, præterquam eriophon id appellari. *Ἐρίφουλον* etiamnum appellat Vlpianus in leg. Si cui lanæ, supra de leg. tertio. Plinius lib. XIII cap. XII. Huic similis est spina illa, quam Græci acanthion uocant, minoribus multo folijs, aculeatis per extremitates, & araneosa lanugine obductis, qua collecta etiam uestes quædam bombycinis similes fiunt in oriente. Idem quoque in XII, multa refert de arboribus Persicæ insulæ lanigeris, quem, si non est molestum, uide. Neque enim in hunc libellum nostrum transcribere est animus. Quin & alia pleraque prudenter scientesque omisimus, ne in immensum ijs, quæ Græci uocant *ἀπλοσδιόνυχα*, uolumen excreceret. Byssus etiamnum lini species in India nascens, iam uero & Aegypto, ex arbore lanicium quoddam fit, ex quo uestem factam lineam magis dixeris, quam laneam. Sola enim crassitudine à linea differt, autor Pollux. Plinius uero circa Elim in Achaia gigni autumat, mulierum maxime delicias.

## Caput V

**V**EL Serica.) Seres gens Indica Stephano de urbibus. Sunt & qui eos inter Scythas adscribant, qui spectant ad orientem æstiuum. Vermiculus quidã apud eos est, qui *σῆρ* appellatur, ac sericũ inde appellatũ procreat. Quod & sentit Pollux in septimo ad Cõmodum. Cuius uerba placitum est subscribere, *ἄνθρωποι δὲ καὶ τοὺς σῆρας ἀπὸ τῶν ἰνδῶν ἐπὶ τῶν ζώων ἀθροίζου φασὶ τὰ ὑφάσματα.* hoc est, Nonnulli uero & Seras ipsos ab eiusmodi, atque alijs animalibus colligere aiunt texturas. Virgilius, Ignoti facie, sed noti uellere Seres.

Martialis quoq; serica, pro ueste serica usus est, Nec aliter dentes quàm serica nocte reponis. Apud Tacitum in 2. sirica scriptum est, pro serica, Proximo senatus die multa in luxum ciuitatis dicta à Q. Haterio consulari, Octauiõ Frontone prætura functo; decretumq; ne uasa auro solida, ministrandis cibis fierent, ne uestis serica utros foedaret. Tacitus quoque Imperator, ut Flauius Vopiscus scriptum reliquit, holosericæ uestis usum omnibus uiris interdixit. Est autem holoserica uestis tota ex serico nulla alia materie, qua primus Romanorum usus est Antonius Heliogabalus. autor Lampridius. Subserica uero est, cuius substamen ex serico est, cuiusmodi fortasse uideatur id quod *Satin de Bruges*, uulgo dicimus. Holosericæ uestis precium immensum fuisse conijcio, ex Flauio Vopisco in Aureliano, his uerbis, Vestem holosericam neq; ipse in uestiario suo habuit, neq; alteri utendam dedit. Et cum ab eo uxor sua peteret, ut unico pallio blateo serico uteretur, Ille respondit, Absit, ut auro fila pensentur. Libra enim auri, tunc libra serici fuit. Hacenus Flauius. Blateum pro purpureo interpretatur Baptista Aegnatius. Neque uero cuiuspiam mirum uideri debet, quandoquidem



do quidem antea conqueritur Plinius, tam longinquo orbe peti, ut in publico matrona transluceat. Adde quod gens illa, unde sericum petitur, nullum cum cæteris mortalibus habet cõmercium. Quod Stephanus ait, ἀπὸ τῆς Ἰνδίας ἀναγίνεται. Nunc passim in Italia, & in ea Luca, magna uis & copia, monachorum nescio quorum beneficio, quos refert Procopius, uermiculorum semen, id est, ut ita dicam, ouula, imperatori Iustiniano Constantino, polim ex Serinda Indiæ ciuitate attulisse, unde toti ferme Europæ copia facta. Est mihi soror Martha nomine, que istiusmodi lanicio, uelut altera Pallas, summopere deletur, quæ me istorum uermiculorum naturam docuit. Appetente uere oua, piscium ouis haud absimilia linteo, lo adhærescentia, radijs solis exponunt, caloreq; fouent. Quo fit ut uermiculi excludantur, quos primum lactucis mox mori folijs enutriunt, quibus iam grandioribus penulas cuiq; chartaceas, ut ita dicam, uel inuolucra potius distribuunt, quibus inclusi, mirabili naturæ opere lanicio sese inuoluunt, cui color partim candidus, partim flauus. Ammianus Marcellinus libro x xiii. aliter sentire uideatur, cuius uerba libitum est adscribere, Agunt autem ipsi quietius Seres, armorum semper & præliorum expertes, utq; hominibus sedatis & placidis est otium uoluptabile, nulli finitimorũ molesti. Cæli apud eos iucunda salubrisq; temperies, aeris facies munda, leniumq; uentorum cõmodissimus flatus, & abunde syluæ sub lucidæ, à quibus arborum fœtus aquarum asperginibus crebris, uelut quedam uellera mollientes, ex lanugine & liquore admixtam subtilitatem tenerrimã pectunt, nentesq; sub tegmina, conficiunt sericum ad usus antehac nobilium, nunc etiã infimorũ sine ulla discretionem proficiēs. In qua opinione fuisse uidetur Virgilius, cū ait, Folijs depectūt uellera

uellera Seres. Et Plinius in sexto, Seres lanicio sylvarum  
nobiles, perfusam aqua depectentes frondium canitiem.

Vestis serica olim medica dicebatur, auctor Procopius  
libro primo de bello Persico.

Caput VI.

**V**EL bombycina.) Bombyces telas aranearum mo-  
re texunt, inquit Plinius, ad uestem luxumq; fœmi-  
narum, quæ bombycina appellantur. Quod & dixisse ui-  
detur Pollux in septimo ad Commodum, his uerbis, *πῶς*  
*δὲ ἐκ βομβύκων, σκώληκός εἰσι τοὶ βόμβυκος, ἀφ' ὧν τὰ νήματα*  
*αἰδύονται, ὡς ποτὶ ὁ ἀφ' ὧν χνυς.* Hoc est, Bombyces sunt uer-  
mes à quibus ut araneis fila pēfantur. Bombycum telam  
prima retorquere, rursusq; retexere inuenit in Co, muliere  
Pamphile, Platis filia, non defraudanda gloria excogita-  
tæ industriæ, ut denudet fœminam uestis bombycina.  
Martialis, Fœmineum lucet sic per bombycina corpus  
Quæ à Co insula, Coa uestis appellatur. Propertius,  
Quid iuuat ornato procedere uita capillo,

Aut tennes Coa ueste mouere sinus? Ouidius,  
Sive erit in Cois, Coa decere puta.

Viri quoq; utebātur, quod probri uice arguit Plinius  
his uerbis, Nec puduit has uestes etiam uiros leuitate u-  
surpare, propter onera æstiuæ: intantum à lorica geren-  
da discessere mores, ut oneri sint etiam uestes. Assyria ta-  
men bombyce fœminis cedimus. Consideranti uero mi-  
hi, atq; animum conuertenti ad ea quæ Plinius de Coa  
bombyce scriptum reliquit, isti uermiculi, quos apud so-  
rorem nutriti uidimus, ij ipsi sunt qui bombyces à Plinio  
describuntur. Cuius uerba, obsecro te candide lector, me-  
cum etiam atq; etiam considera. Etenim si uerum est, fal-  
luntur, qui sericum putant esse quam uulgo *setam* dici-  
mus, quamq; conficiunt isti uermiculi, qui passim in Ita-  
lia &





facere uidentur, ut mens Plinij apertior fiat et dilucidior. Ea sunt in XII. Sub idem tempus inter lacum Fucinum, amnemq; Lyrin, perrupto monte, quo magnificentia operis à pluribus uiseretur, lacu in ipso nauale prælium adornatur, ut quondam Augustus, structo cis Tiberim itagno: sed leuibus nauigijs, & minore copia ediderat. Claudius triremes, quadriremesq; & undeuiginti hominum millia armauit cincto ratibus ambitu, ne uaga perfugia forent, ac tantum spacium amplexus, ad uim remigij, & gubernantium artes, impetus nauium: & prælio soliti in ratibus prætoriarum cohortium manipuli, turmæq; adstriterant, antepositis propugnaculis, ex quibus catapultæ, balistæq; tenderentur. Reliqua lacus classiarj rectis nauibus obtinebant, ripas & colles ac montium edita, in modum theatri multitudo innumera compleuit, proximis è municipijs, & alij urbe ex ipsa, uisendi cupidines aut officio in principem. Ipse insigni paludamento, neq; procul Agrippina chlamyde aurata, præsidere. Vides ut quod Plinius paludamentum auro textili dixit, Tacitus chlamydem auratã dixerit: sed tamen Plinio testi oculato fides potius habenda. Ouidius quoq; pallẽ aureẽ meminisse. Ipse deus uatum palla spectabilis aurea.

Porro autem utebantur auro intexto, inuento regum Asia in Attalicis maxime. Plinius in octauo, Aurum intextere in eadem Asia inuenit Aitalus rex: unde nomen Attalicis. Quin & illud adscribendum duxi, quod de Aureliano Vopiscus, habuisse uidelicet in animo, ut aurum neq; in cameras, neque in tunicas, neque in pelles, neq; in argentum uerteretur, dicens, plus auri esse in rerum natura, quàm argenti: sed aurum per uarios bractearum, filorum & liquationum usus perire, argentum autem in suo usu manere. Idem Vopiscus autor, Tacitum imperatorem



ratorem auro clauatis uestibus interdixisse. Nam & ipse  
 autor Aureliano fuisse perhibetur, ut aurum a uestibus  
 & cameris & pellibus submoueret. Auro clauatae uestes  
 quæ sint, docet Ioannes Baptista Aegnatius, uir doctissi-  
 mus, in scholijs suis in Lampridium, & alios. Ait enim  
 eas esse, quæ clauos aureos haberent. Credo ex Festo  
 Pompeio, apud quem legere est, clauata dici uestimenta  
 clauis intexta, ut calciamenta clauis confixa. Sed cum ad-  
 dit, Nos flores appellamus: haud satis quid uelit, intelli-  
 go. Si enim de ijs quos *Boutons & fers dor, & orfres*, dici-  
 mus: illi prorius assentior, de quibus sentire uidetur  
 Iureconsultus in l. Cum aurum. cum l. se. supra eodem.  
 Quemadmodum, inquit, clauis aurei & purpurei, pars  
 sunt uestimentorum: & si non sunt clauis uestimentis con-  
 fixi, tamen ueste legata contineri. Si uero de illis floribus  
 intelligat, qui eorum artificio uestibus inseruntur, quos  
 acupictores dicimus, uide tu lector etiam atq; etiam, ne  
 te tanti uiri autoritas decipiat. *ὅτι πρότερον ἢ ἀληθείας τιμη-  
 τὸ δ' αὖτις, καὶ πρότερον ἢ λόγῳ ἢ τῶν πάντων.* hoc est, Non  
 enim uero est anteponendus uir ille, quanquam alio-  
 qui inter primos celebris. Siquidem Vlpianus, ut diuer-  
 sa adscripsit hac ipsa lege insitas picturas, & clauos au-  
 reos, cum ait, Et quæ his accessionis uice cedunt, quæ  
 sunt insitæ picturæ, clauisq; qui uestibus insuntur. Quin-  
 tilianus libro III. Vt affert lumen clauus purpuræ loco  
 insertæ, ita certe neminem deceat intexta pluribus notis  
 uestis. Quibus uerbis Gillius noster censet elici posse u-  
 nicum tantum clauum purpureum adijci tunicæ, quæ ob  
 id dicatur tunica lati clauis & latus clauus: quod haud scio  
 an uerum sit. Quod autem ait Vlpianus, insitæ picturæ,  
 inde pictæ uestes dictæ, quas iam apud Homerum fuisse  
 constat, Plin. unde triumphales natae. Iuuenalis,

Et latum pictæ uestis considerat aurum.

Colores diuerfos picturæ intexere Babylon maxime celebrauit, & nomen imposuit. Plurimis uero licijs texere, quæ *πολύματα* appellant, Alexandria instituit. Mart.

Hæc tibi Memphitis tellus dat munera: uicta est

Pectine Niliaeo iam Babylonis acus.

Caput VIII

**P**Ræcingendi, ut cingulum, ut zona, & quæ præcingendi causa parari solent. Quod uero ad zonam pertinet, illud non omiserim quod Strabo lib. Geogra. quarto scriptum reliquit, Gallos olim solitos dare operam, ne obesi fierent, & uentrosi, punireque iuuenem certam zone mensuram excedentem. Verba Strabonis subscribam, *ἰδίου δὲ καὶ ἰσθμῶν, ἀσκήμ γὰρ αὐτὸς μὴ ταχεῖς εἶναι, μηδὲ πτωγῶν ἔσθαι. τὸν δὲ ὑποβαλλόμενον τῶν νέων τὸ ἐπιζώνης μέτρον, ἡμισυ ἴσθαι.* hoc est, Id quoque eis est proprium ut sese exercent, ne obesi uentreque prominulo sint. Siquis autem iuuenis modum zone præscriptum exuperet, multa afficiatur. Succincti dicuntur milites, quod breuioribus sagis utentes, altius cincti uidentur. Accincti quoque gladio. Tacitus in undecimo, Feruntque militem, quia extra uallum non accinctus, atque alium, quia pugione tantum accinctus foret, morte punitos. Nonnunquam uero ignominie causa cogebantur milites tunicati & discincti fossam fodere, presentibus, spectantibusque alijs militibus. Qua poena usum Lucillum in eos milites, a quibus in quodam prælio fuga coepta, autor Plutarchus in Lucullo, *ἀπὸ μίαν πηλὴν τοῖς φούργοι νενομισμένῳ πρὸς ἐβαλε, κελύσας γὰρ χιτῶναι ἄλλοις ὀρέξαι δῶδεκα ποδῶν τάφρον ἐφεισώτων καὶ δεομένων τῶν ἄλλων στρατιωτῶν.* hoc est, ignominiam quandam desertoribus usurpatam inflixit iussis ipsis in tunicis, discinctis fossam pedum duodecim fodere, adstantibus atque spectantibus



bus alijs militibus. Cæsar item Augustus pro delictorum genere uarijs ignominijs milites affecit, ut stare per totū diem iuberet ante prætorium, interdum discinctos, tuni-  
 catosq; author Trāquillus. Cæterum, hoc in loco, bona tua uenia, lector candide, Iureconsultū agam. Aduerte tu-  
 rabula, quia est de pane lucrādo. ait Vlpianus præcingē-  
 di, non autē accingendi. Si enim accingendi dixisset, uesti-  
 mentorum appellatione gladius cōprehenderetur, quod  
 nequaquam uidetur rationi consentaneū. De armis quæ  
 tegendi causa parari solent, dubium uideri potest. mouet  
 quæstionē, primum, quod lorica antiqui lineam gesta-  
 bant, ac ipse Magnus Alexāder, qui Asiæ imperium ob-  
 tinuit, lorica lineā usus dicitur, ut memini me legisse apud  
 Plutarchum in Alexādro. Et thoracibus lineis antiquos  
 pugnasse testis est Homerus. Deinde quod istiusmodi ar-  
 ma tegumenta corporis appellat Liuius his uerbis, Ar-  
 ma his imperata, galea, clypeus, ocreæ, lorica, omnia ex  
 ære hæc, ut tegumenta corporis essent. Postremo quod  
 huius legis cōtextu uidetur militaria omnia comprehen-  
 dere. Ait enim, Ut saga & reliqua similia. Saga enim mi-  
 litum sunt, ut aliàs dicam. Quare si proponatur Sempro-  
 nius miles testamento ita cauisse, omnia mea uestimenta  
 Caio Sceuæ contubernali meo do, lego: quæstio est, an  
 huic legato, arma quæ tegēdi causa parata sunt, quibusq;  
 utebatur Sempronius, legato cedant. Respondeo secun-  
 dum ea quæ proponantur, non cedere. Siquidē alia cau-  
 sa uestimentorū, alia armorum. Vestimenta enim inuen-  
 ta sunt, ut nos à frigoribus, calore, & imbre tutarentur: ar-  
 ma uero, ut à telorum impetu. Cum igitur separata sint,  
 eorum separata quoq; ratio sit, necesse est. Si mihi nō cre-  
 dis, citabo tot iura, glossas singulares & unicas, quot un-  
 quam Barbatius in suis consilijs.

## Caput IX

**V**eluti togæ.) Tunicae toga superimponcbatur,  
 uel tunicis potius. Nec mihi uelim fidem ut adhi-  
 beas, nisi autorem laudarim ἀξιόπιστον, Plutarchum scilicet,  
 qui in Tiberio & Caio sic ait, αὐτῷ δὲ τῷ τῆς βίβλιος φέρονται  
 τὸ ἀντελάβετό τις τῆν ἱματίου, ὃ δὲ τῷ τῆς βίβλου, id est, togam,  
 ἀφῆς καὶ φέρονται, ὡς τοῖς χιτῶσι ὑφάλλη. Quibus uer-  
 bis apparet, cum quis Tiberij uestimenta cōprehendisset,  
 abiecta toga eū aufugisse, tunicatumq; cecidisse. Toga  
 erat Romanorum. Augustus igitur, uisa quondā pro  
 concione pullatorum turba, indignabundus acclāmitās.  
 En, ait, Romanos rerum dominos, gentemq; togatam. Et  
 sanè fuit tempus, quom fax uulgi non temere unquam  
 Romæ toga uteretur, sed sola tunica. Quamobrem ple-  
 bem Romanam Tacitus tunicatum populum appellat.  
 Cuius uerba extant in oratorum dialogo. Quod sæpius  
 uulgus imperitum & tunicatus hic populus transeun-  
 tis nomine uocat, & digito demonstrat. Quod uero τῆς  
 βίβλου Plutarchus dixit, Athenæus τῆς βίβλου dixit in quin-  
 to, ubi de Antiocho, πολλάκις δὲ καὶ τῷ βασιλικῷ ἀρχιε-  
 ρεῖσι δῶν. hoc est, Sæpe etiam & posita ueste regia teben-  
 nam indutus circumibat forum comitijs. Meminit & in  
 decimo, ἢ ἴσδεμ ferme uerbis. Artemidorus in secundo de  
 somniorum interpretatione, unde τῆς βίβλου toga dicta  
 sit, obiter docere uidetur, cum ait, τὰ δὲ αὐτὰ καὶ ἡ ῥωμαῖν  
 καὶ ἐδῆς ἢ νῦν τῆς βίβλου καλεῖται ἀπὸ τῆς ἀρχαίας, ὅς ποτὶ  
 τὸ εἶναι τὸν χλαμύδα ἴσδεμ ποδὸς ἀλλὰ τὸν τρόπον, εἰς πλῆθος  
 ἢ τὸν ἰόνιον κόλπον, καὶ ὑποδεχθεῖς ὑπὸ τῆν ταύτην κατασκευασ-  
 τῶν ἀφ' ὅ καὶ μαθόντες καὶ οἱ ἐγχώριοι τὸν αὐτὸν ἐσκευάσαντο  
 τρόπον, καὶ ἐκάλεσαν τῷ ἐδῆτα ἡμιγίον ἐπώνυμον τιμῆς τῆς εὐ-  
 ράντης. ὕσδρον δὲ τῷ χρόνῳ πᾶσι φθασθῆναι τὸ ὄνομα τῆς βίβλου ἐκλήθη.

hoc est



hoc est, Itidem uestis Romana quam nunc togam ap-  
pellant à Timeno Arcade, qui primus chlamyda suã ita  
induit sinũ Ioniu nauigans: exceptusq; ab accolis, & ue-  
stis forma ab eo cõperta similẽ sibi cõcinnarũt, quã ab au-  
tore Timeniã uocarũt. Postea autẽ tẽpore deprauato no-  
mine tebēnos, id est, toga appellata est. Toga quoq; pro  
pacis artib. Cassius ad Tulliũ, Est enim tua toga omniũ  
armis felicior. Toga enim erat pacis insigne. Tull. in Pís-  
nẽ, Non dixi hãc togã qua sum amictus, nec arma, scutũ,  
& gladium unius imperatoris: sed quod pacis est insigne  
& ocij toga: contra autẽ arma, tumultus atq; belli. Enim-  
uero antiquus, uel in bello togis utebant̃ Romani. autor  
Plutar. in Coriolano, *ἢν δὲ τότε τοῖς ῥωμαίοις ἔθετο εἰς τάξιν  
καθίστασθαι, ἢ μὲλλοσι τοὺς θυρεοὺς ἀναλαμβάνειν, ἢ ποδὲς ἄννου  
δὲ τῆς τὰ βερνον, ἀμα ἃ Ἰαθίνας ἀγράφως γίνεσθαι, πρὶν δὲ τε πλά-  
σων ἐπιπρασόντων, ὀνομάζοντας τὸν κληρονόμου.* hoc est, Fuit autẽ  
temporib. illis mos Romanis ut in acie cõstitutĩ, priusq;  
clypeos reciperẽt, togasq; præcingerẽt, testamẽta in pro-  
cinctu facere. tribusq; aut quatuor audientibus heredem  
nũcupare. Et hoc erat testamẽtũ, quod procinctũ appel-  
latur à Iustiniano, titulo De testamẽtis. Illi quoq; qui ma-  
gistratũ petebãt, toga candida utebant̃, & ob id cãdidati  
dicebant̃. Extat oratio M. Tullij habita in toga cãdida. Li-  
uius in quarto ab urbe cond. albũ uestimẽtũ uocat his  
uerbis, Placet tollẽde ambitiõis causa Tribunos legẽ pro-  
mulgare, ne cui albũ uestimẽtũ addere petitiõis causa li-  
ceret. Poetẽ togulã usurpãt pro toga, nĩ fallor, Martialis.

Trita quidem nobis togula, uilisq; putrisq;  
Denarijs tamẽ hãc nõ emo Basse tribus. Et in septimo  
Pro togula debes, hoc ad te pertinet Olle.  
A toga fit togatus et togatulus, ut apud Mar. undecimo,  
Iam parçe lasso Roma gratulatori,

Lasso

Lasso clienti, quàm diu saluator  
 Anteambulones & togatulos inter  
 Centum merebor plumbeos die toto. Et in eodem,  
 Hoc quisquam ferat, ut tibi tuorum  
 Sit maior numerus togatulorum,  
 Librorum mihi sit minor meorum.

Cum ait Martialis, centum plumbeos, pro centum  
 quadrantibus accipe, quibus hodieq; Romani utuntur,  
 & *quadrins* uocant uulgo, corrupto uocabulo, ut ferè fit,  
 ita tamen ut minimum, quantum descuerit. Quod enim  
 Latini quadrans dicebant, hodie Romani dicunt *quadrin*,  
 quorum decem duodecim denariolis, id est *duodeno* per-  
 mutantur, ut prolixissime docuit Budæus in libro de *asse*.  
 Budæus inquam ille, qui uelut alter Mercurius, mira in-  
 genij felicitate dicam, an industria, rem nummariam iam  
 pridem antiquitatis tenebris inuolutam, uel immersam  
 potius, uelut ab inferis reuocauit. Quo nomine studioso  
 rum sanè nullus, duntaxat eorum, a quibus liuor abest,  
 quin illi hoc tempore plurimum debeat, & debere fatea-  
 tur; si qui sint, qui inuideant,  
 Rumpatur quisquis rumpitur inuidia.

Per centum quadrantes sportulam intellige, quæ toga-  
 tis dabatur à potentioribus, ut deducerentur & reducer-  
 rentur per urbem incedentes. Martialis,

Si matutinos facile est tibi rumpere somnos,  
 Attrita ueniet sportula sæpe toga. Idem Martialis,  
 Nec uocat ad cœnam Marius, nec munera mittit,  
 Nec spondet, nec uult credere, sed nec habet.  
 Turba tamen non deest sterilem quæ curet amicam,  
 Heu quàm perfatuxæ sunt tibi Roma togæ.  
 Solebant enim Romani togati potentiores comitari per  
 urbem. Tullius ad Atticum primo, Quom ad forum *sui*  
 pati



pati gregibus amicorum descendimus. Quod ipsi Mar-  
tiali erat permolestum, quippe qui inter cæteras uitæ fe-  
licitates togam raram optet. Versus ipsius quoniam uisi  
sunt iucundissimi, & ad uerbum ediscendi, lubentes com-  
meminimus:

Vitam quæ faciunt beatiorem,  
Iucundissime Martialis, hæc sunt,  
Res non parta labore, sed relicta,  
Non ingratus ager, focus perennis,  
Lis nunquam, toga rara, mens quieta,  
Vires ingenuæ, salubre corpus,  
Prudens simplicitas, pares amici,  
Conuictus facilis, sine arte mensa,  
Nox non ebria, sed soluta curis,  
Non tristis thorus, attamen pudicus,  
Somnus qui faciat breues tenebras.  
Quod sis esse uelis, nihilq; malis:  
Summum nec metuas diem, nec optes.

Togam raram optat, id est, ne cogatur bene mane to-  
gatus circumuolare limina potentiorum, salutationis de-  
functurus officio. Nec tantum putat esse sportulam illam,  
quæ cuiq; in dies singulos dabatur, centum scilicet qua-  
drantes. Ea summa nummi nostratis ualet decem solidos.

De qua Iuuenalis in prima,  
Sportula primo  
Limine parua sedet turbæ rapienda togatæ.  
Et paulo post,      Densissima centum  
Quadrantes lectica petit.

Et apud Martiale sexcentis in locis. Fuit tempus quum  
toga commune uestimentum esset diurnum ac noctur-  
num, & muliebre & uirile. Postea uero mos fuit, ut mulie-  
res adulterij conuictæ uirili toga indutæ, in publicum

A      procedere

procedere cogerentur, ut legi apud Isidorum non omnino pessimum autorem. Cui ad stipulari uidetur Martialis, cum ait,

Coccina famosæ donas, & ianthina mœcha.

Vis image, quæ meruit mittere, mitte togam.

Iuuenalis in secunda,

Talem non sumet damnata togam,

A toga, togatus. Inde Lucullus, piscinarius, Xerxes togatus, à Magno Pompeio dictus, ut testatur Plinius. Vt uero Plutarchus refert a Stoico Tubero, his uerbis in Lucullo, *καὶ διατί τις γυαλίς κρίζονται ὁ σωκὸς τρυβλίου δευτέριον* & *ξόφλω ἐκ πλεθύνου προσηγόρευσε.* hoc est, Et martimias ædes excitantē conspicatus Tubero Stoicus, Xerxem eum togatum appellauit. Interpretes uertit Xerxem ex togato homine: id quàm recte, uel mediocriter eruditi iudicabunt. A toga quoq; dictæ comœdiæ togatæ, quæ Romanorum: palliatæ uero, quæ Græcorum, Iuuenalis, Impune ergo mihi recitauerit ille togatas.



*Senatoris Romani figura ex antiquis monumentis desumpta.*



**S**aturnalibus per quinque dies S. P. Q. R. togas repositabant, & synthelibus utebantur, & erant uiliores uestes. Martialis in Apophoretis,

Dum toga per quinque gaudet requiescere luces,

Hos poteris cultus sumere iure tuo.

Synthelisis quoque accipit pro tota ueste in uestiario composita, in leg. Titia. §. Semproniana, infra. Synthelisis enim Græcum uocabulum compositionem notat. Nec hoc loco necessarium puto aliorum deliramenta super hac referre. A toga Gallia pars dicta togata, quod eius regionis homines toga passim uterentur. Et est Italia pars, quæ intra Padum Rubiconemque ac Apenninum montem est, ut Plinius docet & Ptolemæus. Martialis,

Gallia Romanæ nomine dicta togæ.

Dicti quoque Hispani togati & stolati, qui Beticam incolunt, Latinorumque ius adepti sunt, et in quorum agris colonie Romanorum deductæ. Autor Strabo in tertio, *καὶ οἱ Ἰβηρῶν οὗτοι τάντους εἰσὶ Φιδίας σολάπι λέγονται καὶ τογάπι.* hoc est, Atque adeo Iberorum, qui huius formæ, stolati uocantur & togati. Togati etiam nuncupantur pacis amatores. Tullius libro quarto ad Atticum, Ergo erimus *ὀπλίται*, qui togati esse uolumus. Toga pura tyrones nouæque nuptæ induuntur, Plinius in octauo, ubi de C. Cæcilia loquitur, Ea prima texuit rectam tuni-  
eam, qua simul cum toga pura tyrones induuntur, nouæque nuptæ. Tullius ad Atticum, Et si Ciceroni meo togam puram cum dare Arpini uellem, hanc eram ipsam excusationem relicturus ad Cæsarem. Et alibi non semel. Toga pura quid sit, si nescis, discite ex Plutarcho in Antonio, *γράφω μὲν εἰς ἐφήβους τὴν κλειοπάτρας παῖδα καὶ καὶ αὐτὸν, τὸ δὲ ἀπόφυρον καὶ τέλειον ἱμάτιον αὐτόμω τῷ ἐκ Φαλβίας ποσειδέως.* hoc est, Adscribens inter ephēbos Cleopatras filium



filium & Cæsaris: iustā uero & sine purpura uestem An-  
 tyllō suo ex Fuluiā filio imponens. Hoc ideo uerti ad uer-  
 bum, ut Græcarum literarum rudes intelligerent, eam ue-  
 stem, quæ toga pura à Cicerone dicitur, ἀπέφουρον, id est  
 sine purpura, & τέλειον, id est iustam, dici à Plutarcho.  
 Virilis autem toga sumebatur sedecim annorum ætate  
 ut cōiungere est ex Tranquillo in Augusto, Duodecimum  
 annum agens, auiam Iuliam defunctā, &c. ut infra. Nec  
 me fallit alibi à Plutarcho dici ἀνδρείου ἱμάτιον, in Bruto  
 scilicet, his uerbis, οἱ δ' ἄλλοι πρὸς κάσσιον ἀθροισθέντες, τὸν  
 υἱὸν αὐτοῦ, τὸ καλέμενον ἀνδρείου ἱμάτιον ἀναλαμβάνοντα κατὰ  
 γὰρ εἰς ἀγορὰν. hoc est, Alij Cassio congregati, eius filium  
 sumentem uirilem togam, deducebant ad forum. Tran-  
 quillus in Augusto, Legata, uel partes hæreditatum, &  
 à quibuscunq; hæredibus relicta sibi, aut statim liberis eo-  
 rum concedere, aut si pupillari ætate essent, die uirilis to-  
 gæ, uel nuptiarum. Quod ait uel nuptiarum, pro puellis  
 accipio, quæ ut inquit Plinius, toga pura eo ipso die in-  
 duebantur, quæ in nouis nuptijs inepte uirilis diceretur.  
 Nec tamen te moueat, quod Plutarchus alibi, καθαρὰς ἐ-  
 δῆτας, καὶ καθαρὸν ἱμάτιον dixerit, id est, si uerbum e uer-  
 bo uelis, puras uestes, & purum pallium. Ego enim pro  
 candido accipiendum, uel ipsius Plutarchi uerbis com-  
 probabo Plutarchus in Catone, ubi ait, uiros Antiochen-  
 ses ad excipiendum Pompei libertum Demetrium, festo  
 cultu ornatos, ἐδῆτας δὲ, inquit, καθαρὰς γυμνοί, & σιφάνους  
 ἔχον. id est, Vestes quoq; candidas nonnulli & coronas  
 habebāt. Interpreti condonandum, quòd puras uerterit,  
 uerbum è uerbo. Ipse enim Plutarchus hanc eandem his-  
 toriæ partem in Pompeio retexens, γυμνοῖσι λευκαῖς, id  
 est in candidis uestibus ait. Sic & in Æmilio, ἐλευκῶντο καθαρὰς  
 γυμνοῖσι ἐδῆται, Spectabant puris uestibus ornati.

Sic meo quidem iudicio, toga pura dicebatur, cui nulla purpura prætexta erat. Iacobus tamē Sadoletus, singularis eruditionis antistes discrimen facere uidetur inter togam puram, & togam uirilem, cum in libello De liberis instituendis ait, Gerendi mutandiq; uestitus diuisa tempora, cum à prætexta ad togam puram, inde ad togam uirilem transitus esset. Posita uero prætexta, uirilem togam sumebant Romani sedecim annorum ætate, ut conijcere est ex Tranquillo in Augusto, in hæc uerba, Duodecimum annum agens, auiam Iuliam defunctam pro concione laudauit. Quadriennio post, uirili toga sumpta. Ipse tamen permisit liberis senatorum, quo celerius reipublicæ assuescerent, protinus uirilem togam, latum clauum induere, auctor Tranquillus. Porro autem prætexta erat, cui purpura prætextitur, quã Plutarchus in Sertorio *πῶδε πορφύρου* appellat: *οἱ δὲ πατέρες*, inquit, *ἤδυντο θανμασιῶς εἶναι πᾶδας ἐν πῶδε πορφύροις ὀρώμενοι*. hoc est, Patres uero mirifice lætabantur, cum prætextis ornatos filios cererent. Et in Romulo, *γρόντα μὲν ἄγχοι διὰ ἀγορᾶς εἰς καπιτώλιου ἐν πῶδε πορφύρω, βῆλαν αὐτῶ παιδικῶ ἀψαυτες*. hoc est Senem ducunt per forum in Capitolium in prætexta, bulla puerili illius collo apposita. Interpres purpura pro prætexta posuit, haud scio quàm bene. Tuum lector sit iudicium. Prætextatos quoq; pueros Plutarchus *πῶδε πορφύρας* appellat, his uerbis in Publicola, *αὐτὸν πάντας ὁμήρους ἔδωκεν ἐξ ὑπατριδῶν πῶδε πορφύρας δέια, ἃ πρὸ βήνης ποσάωντας*, hoc loco interpres, præter consuetudinem feliciter uertit, Horum gratia decem prætextati, totidemq; uirgines ex patritio genere obsides dati. Quid autem sit prætexta, rem hæcenus paucis cognitam, à nemine certe, quorum scripta legerim, satis explicatam, ego σὺ δὲ ἴω μὲν τι aperiam. Prætexta dicebatur ea toga, cuius oræ & circuitus pura



pura prætextus erat. Hac de re *ποδιπόρφυρος* à Plutarcho  
 dicta, quasi habens in circuitu purpurâ intextam. Quem  
 admodum enim apud Pollucem, *πρίλονην* dicitur ue-  
 stis ex purpura, uel alio colore in circuitu albū intextum  
 habens: sic *πριπόρφυρος*, meo quidem iudicio, dicitur ue-  
 stis, *ἢ ἄλλῃ χρώματι* ἢ *ἐν τῷ περιδρόμῳ ἔχουσα πορφύραν ἐνυ-*  
*φασμόνῳ*, & cuius limbus erat purpureus. Quod & uel  
 le uidetur Macrobius in primo, capite v l. cum ait, Cum  
 toga cui purpura prætextitur. Et Liuius quartæ decadis,  
 III, in hæc uerba, Purpura uiri utimur prætextati in ma-  
 gistratibus, in sacerdotijs: liberi nostri prætextis purpura  
 togis utuntur. Magistratibus in colonijs, municipijsq;  
 togæ prætextæ habendæ ius est. nec id, ut uiui solum ha-  
 beant tantū in signe, sed etiam ut cum eo crementur mor-  
 tui. fœminis duntaxat usum purpuræ interdicemus. In  
 dem Liuius libro secundo tertię decadis, Hispani linteis  
 prætextis purpura tunicis, candore miro fulgētibus, con-  
 stiterant. Huius loci me admonuit alter seculi nostri Li-  
 uius Paulus Aemilius, uir doctrinæ singularis. Postea id  
 legi apud Polybium tertio; quem Liuius uidetur uertisse  
 ad uerbum, ut pleraque eius, *τῶν δ' ἰβήρων λινοῖς περιπορ-*  
*φύροις χιτῶνίσκοις λευκοσκημῶν καὶ τὰ πάτρια*. Athenæus  
 in sexto, *χιτῶνας περιπορφύρους* appellat: *ἀλλοργᾶ μὲν ἄμπε-*  
*χόμενοι περιβόλαια καὶ χιτῶνας ἐνδεδυμένους περιπορφύρους*.  
 hoc est, Purpureis amicti circūiectis, et tunicas induti præ-  
 textas. Quibus uerbis palam fit, prætextā dici togā pur-  
 pura in circuitu contextam. Neq; enim tunicæ illæ miro  
 cādore fulgerēt, si totæ cōtextæ purpura fuissent. Iam  
 & hoc uerbū prætexo, uideo usurpari à pbatis autorib;  
 pro eo qd uulgo dicimus *bordare*, & *cooperire bordū*. Auson-  
 Tu Auguste uenerabilis, districtus maximo bello, assul-  
 tātib; tot milibus barbarorū, qbus Danubiū ora prætexit,  
 id est

Id est *cooperta & bordata*. Aldini codices habent *protexitur*. Sed magis placet ut *prætexit* legas. Cicero in secundo de diuinatione, Atque in Sibyllinis ex primo uersu cuiusque sententiæ, primis literis illius sententiæ carmen omnino *prætexitur*. Ouidius quoque, *prætecta* pro *bordata* uisus est isto uersu, Quid referam Baías, *prætecta*que litora uelis? Plinius quoque, *prætecta* tuguriorum posuit in XVI. Cortex e fago, tília, abiete, picea in magno usu *agrestium*, uasa, corbesque, ac patientiora quædam messibus conuehendis, uindemiisque faciunt, atque *prætecta* tuguriorum. Hoc est, ut interpretor, *borta* tecti ipsorum tuguriorum. Virg. tertio Georg.

Tardis ingens ubi flexibus errat

Mincius, & tenera *prætexit* arundine ripam.

Georgius Merula Dionis interpres in Traiano, *prætectam* purpuream appellat, in ipso statim principio. Ergo omni asseueratione affirmare ausim Georgium non intellexisse, quid esset in Dione *ποδιπορφύρω*, & uertisse purpurea. Et fortasse in Græco codice, quem uidere mihi non contigit, scriptum est *τιβήνῳ ποδιπορφύρω*, id est toga *prætecta*. Quod si uerum est, falsus est ipse, ut alij ferme ad unum omnes, quorum quidem scripta uulgata sunt. *Prætectæ* apud Hetruscos originem inuenere, ut inquit Plinius. Quod & sentire uidetur Strabo in quinto, λέγεται δὲ καὶ ὁ θριαμβικὸς ἕσμος, καὶ ἑπαιτικὸς, καὶ ἐν πλῶς ὁ τῶν ἀρχόντων ἐν ταρκωίων δίδυρο μετενεχθῆναι. hoc est, Aiunt autem & triumphalia, & consularia, ac omnium ferè magistratuum, ex Tarquinij huc delata. *Prætecta* enim magistratuum erat, ut docuimus ex Liiuo, qua utebantur Censores, qui erant uelut in apice & culmine dignitatis constituti. Athenæus Dipnosophiston XIII. καὶ πρὸ ῥωμαίων οἱ τιμητοὶ, μέγιστον δ' αὐτοῦ ἀρχὴν, τὴν ποδιπορφύρω



φυρον ἢ δὲ δυνάστες ἐπιφανωμένοι, πελέκει τὰ ἰδρὰ κατέβαλλον. hoc est, Apud Romanos & Censores, maximus uero is magistratus est, prætextam induti, coronæq; redimiti, securi uicissimas mactabant. Cæterum regnante Romulo, cū Capitolio à Sabinis capto, medio in foro signis collatis dimicaretur, matronarum intercurso inter duas acies, prælium sedatum est: quam ob rem mulieribus honores a Romanis permulti sunt delati, primum his transseñtibus uia cedere: deinde præsentem muliere obscenum nil dicere, nec nudum aspici: præterea ne causam dicerent apud eos iudices, qui de cæde sunt constituti: postremo, ut earū pueri bulla aurea ornarentur & purpurea prætexta. Plutarchus in Romulo, φορεῖν δέ, inquit, καὶ παῖδας αὐτῶν τὴν καλυμδίῳ βέλταν, ἅ καὶ ἡμίματ' ὅμοιον πομφόλυγι περιδιδέξαιόντι, καὶ περιπόρφυρον. Interpres cum quid περιπόφυρον uellet, non satis intelligeret, omisit. Neq; uero nescius sum eorum quæ scripta sunt à Macrobio: sed apud me maior Plutarchi autoritas. Tu Macrobiū uide de cap. sexto libri primi. Tullus Hostilius rex Romanorum tertius, primus prætexta usus est. Plinius, Nam toga prætexta & latiore clauo Tullum Hostiliū è regibus primum usum, Hetruscis deuictis, satis constat. Plutarchus in Romulo ait, ipsum quoq; Romulum prætextam usum, his uerbis, ἀλκρυῆ μὲν γίνεσθαι χιτῶνα, καὶ τήβεννον ἐφόρει περιπόφυρον. hoc est, Induebatur enim tunica purpurea, gestabatq; togam prætextam. Quare pugnantia dicere uidentur Plinius & Plutarchus, diuersos, ut opinor, autores sequuti. Etiam si à Plutarcho stare uideatur Liviū in primo, his uerbis, Me haud poenitet eorum sententiæ esse, quibus & apparitores, & hoc genus ab Hetruscis finitimis, unde sella curulis, unde toga prætexta sumpta est, numerum quoq; ipsum ductum placet. A prætexta, amicitia

citia prætextata dicta, iam inde à puero cœpta, apud Mar-  
 tianalem. Prætextati quoq; cognomentū Papirio inditum,  
 uulgatissimum ex Valerio, Gellio, & Macrobio. Præter-  
 xtatus quoq; dicitur, qui nondū posita prætexta, togam  
 uirilē sumpsit. Tullius in secunda in Antoniū, Tenes he  
 memoria prætextatum te decoxisse: Prætextatum dicit  
 eum qui pupillari ætate esset. Est & qui prætextam inter  
 triumphalia ornamenta adscribat, cum tamen ex Tacito,  
 & Plutarcho constet triumphalium ueste non contineri.  
 Tacitus in XII, Et ludicro Circensium, quod acquirenti-  
 dis uulgi studijs edebatur, Britannicus in prætexta, Ne-  
 ro triumphalium ueste transuecti sunt: spectaret popu-  
 lus hūc decore imperatorio, illum puerili habitu, & per  
 inde fortunā utriusq; præsumeret. Plutarchus in Maria,  
 ἢ παρῆλθε μὲν, inquit, εἴτε λαθῶν αὐτῶν εἴτε τῆ τύχῃ χρώμενος  
 ἀγροικίον ἢ τῆ θριαμβικῆ κατὰ νόμῳ, ταχὺ δὲ τῷ βυλλῶ ἀχθεῖ  
 δὲ αὐτῶν αὐτῶν ἀδύνατον ἔδειξεν, ἢ μεταλαβῶν τῶν περιπορφορέων  
 αὐτῶν ἦλθε. hoc est, Et adfuit, siue sui oblitus, siue fortuna  
 rustice elatus triumphalium ueste: mox uero senatum id  
 agre ferre sentiens, abiit, assumptaq; statim prætexta, re-  
 uersus est. Lege interpretem, & quā nihil hac in re ui-  
 derit, intelliges. Tacitus XVII. Ipse Vitellius à pon-  
 te Miluio insigni equo paludatus, accinctusq; senatum  
 & populum ante se agens, quo minus ut captam urbem  
 ingrederetur, amicorum consilio deterritus, sumpta præ-  
 texta, & composito agmine præcessit. Quibus uerbis pla-  
 num fit, prætextam, saltem temporibus illis, triumphalium  
 non fuisse. Cicero in oratione pro Cluentio, togam  
 prætextam adnumerat inter ornamenta senatoria, his  
 uerbis, Senatorem hoc queri non posse, propterea quod  
 ea conditione proposita, petere cepisset: quodq; permul-  
 ta essent ornāmēta, quibus eam mitigare molestiā posset.



locus, authoritas, domi splendor, apud exteras nationes nomen & gratia, toga prætexta, sella curulis, insignia, fasces, exercitus, imperia, prouinciæ. quod tamen de senatoribus intelligit, qui magistratum adepti sunt. Trabea uero erat triumphantium & toga picta. Plinius, Pictas uestes iam apud Homerum fuisse; unde triumphales natae. Verba autem Homeri, si quis forte requirat, hæc sunt,

Τὴν δ' εὖρ ἢ μέγαν ἢ δὲ μέλαν ἰσὺν ὕφανον,  
 Δίπλακα, μαρμαρέου, πόλεως δ' ἠνέπασον ἀέθλος,  
 Τρώωντ' ἵπποδ' ἄμου, καὶ ἀρχαίων χελιοχιτώνων.

Pictas uero uestes, ni fallor, αὐθινὰς appellant, quarum multa mentio apud Athenæum, Strabonem, & alios. Ausonius, Trabea ut in pace consulum, sic in uictoria ducentis triumphantis. fortasse inde trabeæ consulares dictæ ab Ammiano, quæ tamen palmata quoque dicebatur, credo a uictoria. Martialis,

Palmataeque ducem, sed cito, redde togæ.

Paulus Aemilius in triumpho quem de rege Perse uictor duxit, trabea auro depicta ornatus processit. Plutarchus in Aemilio, ἀνὴρ καὶ δίχα τοσούτης ἐξουσίας ἀξιοθέατος ἀλεργίδα χρυσοπάσου ἀμπερόμυτος. Ausonius, Palmatam, inquis, tibi misi, in qua D. Constantius parens noster in textus est. Quibus uerbis & superioribus, Ausonius eandem, opinor, consularem uestem, modo trabeam, modo palmatam, modo pictam appellat. Plinius tamē uidetur pictam & trabeam, ut diuersa posuisse in octauo. Trabeam Graeci ἀλεργίδα uocant. Plutarchus in Romulo, ἀνὴρ δὲ πρὸ καθήκοντος μετὰ τῶν ἀείρων ἀλεργίδι λεηροσημυλίτος. hoc est, Ipse uero præsidebat cum optimatibus trabea ornatus. Eam fuisse mentem Plutarchi asseuerare a uisim, cum Romulum trabeatum fuisse constet ex Plinio, Virgilio, & Ouidio.

Interpres aliter uertit, id quod recte, doctorum fit iudicium. Hoc loco non omittendum duco, quod de toga picta scripsit Festus Pompeius, Picta quae nunc toga dicitur, antea purpurea uocitata est, eratque sine pictura. Eius rei argumentum est, pictura in aede Vertumni, & Consi. Quarum in altera M. Fuluius Flaccus, in altera L. Papirius Cursor triumphantes ita picti sunt. Quae uero essent triumphantium ornamenta, quorum frequens mentio apud Tacitum & Plutarchum, Liuius in x. secundi belli Punici docet, his uerbis, Ibi Masinissam primum regem appellatum, eximijque ornatum laudibus, aurea corona, aurea patera, sella curuli eburnea, & scipione eburneo, toga picta, & palmata tunica donat. Addit uerbis honorem, neque magnificentius quicquam triumpho apud Romanos, neque triumphantibus ampliore eo ornatu esse. Quibus uerbis, ni fallor, annumeratur ea, quibus ornabantur triumphantes. His ipsis etiam uerbis palam fit, quae sint illa antiqua patrum munera, quorum meminit Tacitus in quarto, Missusque est e senatoribus qui scipionem eburneum, togam pictam, antiqua patrum munera daret, regemque et socium atque amicum appellaret. Togam pictam alibi Liuius purpuream appellat, in primo belli Macedonici, Dona ampla data, quae ferrent regi, uasa aurea, argenteaque, togaeque purpurea, & toga praetexta. Quare falluntur, qui togam praetextam pro purpurea sumpserunt. Tullius secunda in Antonium, Sedebat in rostris collega tuus, amictus toga purpurea, in sella aurea, coronatus: ascendis, accedis ad sellam. Plutarchus in Antonio hanc uestem purpuream, uestem triumphalem uocat, *καὶ αὐτὸς δὲ κενὸς μνηστὴρ ἐδύθη δειραμβικὴν καὶ καδύμηνον ἵαον βήματι καὶ ἦ ἀγορῆ καὶ ἐστρατεύοντος ἐθεῶτο.* Quia & his Liuij uerbis adducor, ut etiam illam, uestem illam, quam sacri Euangelij scriptores purpuream



puream, & purpuram dixerūt, fuisse togam purpuream, quæ & picta dicebatur, in seruatoris nostri ludibrium scilicet, tanquam à s. p. q. r. missam illi, qui se regem Iudæorum diceret, ut mentiebatur Iudæi. Trabearum tria sunt genera, ut scribit Suetonius. Vnum quod dñs sacratum, & est totum purpureum; alterum quod est regum, quod etiam purpureum est, sed albo infectum. Tertium est augurale, purpura & cocco mixtis infectum. In funebri pompa utebantur & equites trabea, si Tacito credimus, qui in tertio de funere Germanici sic ait, Igitur tribunorum centurionumq; humeris cineres portabantur, præcedebant incompta signa, uersi fasces; atq; ubi colonias transgredere tur, atrata plebes, trabeati equites, propibus loci, uestem, odores, aliaq; funerum solennia cremabant. Et sanè fuit tempus quum trabeæ essent equitum, ut coniecto ex Martiale, in quinto in Dindymum, Theatra loqueris, & gradus, & edicta, Trabeasq; & Idus, fibulasq; censusq;, Et pumicata pauperes manu monstras. Sedere in equitum liceat an tibi scamnis, Videbo Dindyme, non licet maritorum.

## Cap. XI

**P**aludamentū erat Imperatorū.) Omnia quoq; militaria ornamenta paludamenta dici in libris auguralibus ait Festus. Liuius paludamentū pro ueste militari, etiam eius qui non esset Imperator, posuit in primo, Cognitoq; super humero fratris paludamento sponsi, quod ipsa contulerat, soluit crines, & flebiliter nomine sponsi mortuum appellat. Paludamentum enim illud erat unius Curatorum, quorum nemo, ut arbitror, Imperator in Albanis fuit. Vnde paludati. Cælius ad Ciceronem, Consul autem, quia uerentur ne illud senatusconsultum fiat,

ut paludati exeant. Iuuenalis in sexta,  
 Cumq; paludatis ducibus, præfente marito  
 Ipsa loqui recta facie, strictisq; mamillis.

Tullius ad Cassiũ, Pansa noster paludatus ad tertium  
 Calend. Ianuarij profectus est. Paludamento quoq; ute  
 bantur & Augustæ, ut diximus in aureo paludamento  
 Agrippinæ. Quòd si in uestimentorum ratione, quæ sub  
 inde mutatur, nouis rebus antiqua uocabulorum nomi  
 na fas sit indere, dicerem id uestimenti genus, cui intexti  
 liliorũ flores, quodq; induti reges Gallorum depingi so  
 lent, id Latine paludamentum dici posse. Græci alias citè  
 cum locutione enuntiant, quemadmodum & Latini. Plu  
 tarchus in Cæsare, ubi de Pompeio, qui in prælio Pharsa  
 lico, ut equitatũ cui maxime confidebat, perterritũ pul  
 sumq; uidit, se in prætorium recepit, equumq; nactus detra  
 cto paludamẽto aufugit: ἀπειδύξατο ἴ, inquit, τὴν ἡμετέραν  
 νιορ καὶ στρατηγικῶν ἰδιότητων, φεύγοντι δὲ πρὸς τὸν μεταλαβῶν  
 ἑπιφύλλου. hoc est, uestem quidem exiit imperatoriam  
 atq; militarem: fugientis autem adsumpta prælio sese sub  
 duxit. Cæsar belli ciuilibus tertio, Pompeius iam cum circa  
 uallum nostri uersarentur, equum nactus, detractis insi  
 gnibus imperatorijs, decumana porta se ex castris eiecit,  
 protinusq; equo citato Larissam contendit. Plutarchus  
 in Lucullo ἐφεστρίδα, ut opinor, pro paludamẽto posuit,  
 ubi de ornamenti Luculli, iam iam prælium inituri, aduer  
 sus Tigranem, δώρα καὶ μὲν, ait, ἔχων σιδηροῦν φολιδωτὴν  
 ἄρσιλλοντα, κροσσωτὴν δ' ἐφεστρίδα. hoc est, Thoracẽ fer  
 reum habens squamosum & splendidum, ac fimbriatum  
 paludamẽtum. Interpretes uertit Punicam ephestrida: cre  
 do quòd in suo ipsius exemplari fuerit κροσσωτὴν: quod ra  
 men haud prorsus displicet. Idẽ Plutarchus in Philopoe  
 mene tunicas equestres uocat, quas robe athenal dicimus.



καὶ χιτῶνων ἰππικῶν ἢ στρατιωτικῶν χλαμύδων διωθισμῶν.  
 Vide reliqua. Idem Plutarchus in Crasso, φοινικίδα pro  
 paludamēto purpureo dixit, λέγειται δὲ, inquiring, ἡ μόρτας  
 ἐκείνης τὸν κράσπον, ὃν ὠσπὸρ ἔθθη δὲ τῶν ῥωμαίων στρατηγοῖς, γὰρ φοι  
 νικίδι ἐλθεῖν, ἀλλ' ὅν ἰματίω μέλανι. hoc est, Fertur eo die  
 Crassum, non purpureo, ut Romanorum Imperatorum  
 mos erat, paludamento ad milites processisse, sed pallio  
 nigro. Paludamentum uero fuisse Imperatorum, planum  
 fit ex Tranquillo in Cæsare: Alexandriæ circa oppugna  
 tionem pontis, eruptione hostium subita compulsus in  
 scapham, pluribus eodem præcipitantibus, cum defiliήσ  
 set in mare, nando per ducētos passus euasit ad proximā  
 nauem, elata læua, ne libelli quos tenebat madefierent,  
 paludamentū mordicus trahens, ne spolio potiretur ho  
 stis. Utebantur & Græci equites eo genere uestis, quam  
 ἐφαπτίδα appellat Athenæus in quinto, his uerbis, πῶν  
 τῶν οἱ περὶ ἐρημιδοὶ εἶχον πορφύρας ἐφαπτίδας, πολλοὶ δὲ δισαχρῶ  
 σος ἢ ζωωτίς, hoc est, belluatas ephaptidas. Macedones  
 pro paludamento chlamyde utebātur. Plutarchus in Ale  
 xandro, qui cum uidisset Darium à suis interfectum, πῶν  
 ἐαυτὸν χλαμύδα λύσας ἐπέβαλε τῷ σώματι, ἢ πῶν ἐσηλθον. hoc  
 est, Sua ipsius soluta chlamyde, mortuo iniecit ac circum  
 textit. Simul & Pyrrhus cum quodam in prælio uideret  
 se unum ab omnibus Romanis appeti, πῶν χλαμύδα καὶ  
 τὰ ὄπλα πῆρα δὲ ἐνὶ τῶν ἰτοῦρων μεγακλέ, τοῖς δὲ ἐκείνης βοπῶν  
 τινὰ καὶ τακρῶφας, ἐαυτὸν ἐπῆγε τοῖς ῥωμαίοις, hoc est, Chlamy  
 de & armis uni amicorum Megacli traditis, illiusq; armis  
 seipsum tanq̄ occultans, in Romanos impetum fecit. In  
 terpres uel hæc non intellexit, uel quod magis puto, cor  
 ruptum Plutarchum habuit. Dion libro 1. chlamydem  
 pro ueste militari Romanorum, paludamento fortasse,  
 uel sagis posuisse uidetur, his uerbis, καὶ τὰς χλαμύδας  
 ὡς καὶ.

αἷς καὶ ἐν χόρσιν αὐτοῦ ἄνθρωπος ἔ πολεμῶ μετημπίχοντο. Chlamy-  
 mys inter puerilia hic recēsetur ab Vlpiano, qua Numā  
 primus Romanorum regum usus est, cum legationem Ly-  
 saurorum excepisset, rationemq; eorum habitus perce-  
 pisset, autor Suidas. Qua coccina usum Imperatorem A-  
 lexandrum testatur Lampridius. Chlamydis effigies, &  
 terræ habitabilis eadem fuisse traditur. Strabo in secūdo,  
 ἐστὶ δὲ πη χλαμυδαίδες χῆμα ἐν οἰκισμένης. Est certe chlamy-  
 dis effigies quædam terræ habitabilis. Erat autem Græ-  
 corum, & maxime Macedonum. Plutarchus in Eumene,  
 ἐξω δὲ θυμῶν, καὶ καυσίας ἀλουργείας καὶ χλαμύδας Ἰστανέμαρ,  
 ἡπὸς ἢ δωρεὰ βασιλικῶτάτη πρὸς μακεδόνων. hoc est, Licebat,  
 enim Eumeni causas purpureas, & chlamydes dilargiri,  
 quod inter dona regia præcipuum habebatur à Macedo-  
 nibus. Causia, ut illud interim scias, erat capitis tegmen,  
 quam Budæus appositissime usurpauit pro galero Car-  
 dinalium coccino. Licet enim uni Romano pontifici, ut  
 quondam Eumeni, causas ἀλουργείας, id est, purpureas,  
 ut chlamydes coccinas, cæteraq; Cardinalium ornamen-  
 ta, arbitrato suo, certe hoc iure utimur, dilargiri, μὴ γὰρ  
 νόμιμον nūdinari. Quibus Plutarchi uerbis palam fit chla-  
 mydes fuisse Macedonum. Ille igitur Magnus Alexan-  
 der incredibili gaudio elatus est, cū eius architecti situm  
 Alexandria in formam chlamydis descripsere, quem me-  
 ratus est Dinocrates ad effigiē Macedonicæ chlamydis,  
 orbe gyrato laciniōsæ, dextra lauaq; anguloso procur-  
 su. autor Plinius, & Strabo in septimo. Iam uero & De-  
 metrius ille Poliorcetes chlamydem intexēdam locauit,  
 in qua, ut ait Plutarchus, erat εἰκασμα ἔ νόσμος καὶ τῶ κατ'  
 ἔρανον φαινομένων. hoc est, effigies mundi, & eorum quæ  
 in cœlo apparent: quæ tamen mutatione temporum in-  
 choata relicta est. Athenæus in XII, asseuerat perfectas  
 fuisse



fuisse Demetrii chlamydes, colore nigricante sublucen-  
 tes, in quibus erat polus depictus, aureas stellas habens,  
 & duodecim signa. αἱ δὲ χλαμύδιον, inquit, αὐτῷ ἦσαν ὄρφνη  
 νοῦ ἔχουσαι τὸ φέγγος τῆς χροίας, τὸ δὲ πᾶν ὁ πόλις ἐνύφαιτο χρυ-  
 σὸς ἀσφραῖς ἔχων καὶ τὰ δώδεκα ζώδια. Iam nec illud supra  
 fidem esse uidetur, quod ait Appianus in eo libro qui Mi-  
 thridaticus inscribitur. Interpretis uerba subiiciam, quan-  
 do Appiani Graeci nulla mihi copia. Ea sunt ubi de trium-  
 pho Pompeii ex Asia agit: Pompeius ipse curru lapillis  
 auroque splendente ferebatur, chlamydem, ut aiunt, indu-  
 tus Alexandri, qui Macedonibus praefuit, si tamen id cre-  
 dere dignum est. Putant quippe illam in his, quae Mithri-  
 dates ex Cleopatre rebus in Co reperit, inuentam fuisse.  
 Nec id absurdum uideri debet, quando quidem Pompeius  
 quandam similitudinem oris habuisse uidetur ad Alexan-  
 dri imagines. Plutarchus in Pompeio, ἦν δὲ πρὸς καὶ ἀναστο-  
 λῆ τῆς κόμης ἀπρέμα, καὶ τῶν ποδῶν ὁμοίᾳ ῥύθμῳ ὑγρότης τῆς πε-  
 σῶπος ποιῶσα μάλλον λεγομένην, ἢ φαινομένην ὁμοιοπίστα πρὸς τὰς  
 ἀλεξάνδρου τῆς βασιλείας εἰκόνας. ἦ δὲ καὶ τὸ νομα πολλῶν ἐν ἀρχῇ  
 σωπεπιφρόντων ἐκ ἐφυγῆν ὁ πομπή, ὥστε ἡ χλαμύδα ἔχουσα  
 τὸν ἴσους ἦδεν καλεῖν ἀλεξάνδρου. διὸ καὶ λόνι τῆς Φίλιππου  
 ἀνὴρ ἰσπανικὸς σωηγροδὺν αὐτῷ μυστῆρ ἐφη ποιεῖν πρὸς ἀλογον, εἰ  
 Φίλιππου ἦν Φιλαλέξανδρος δει. hoc est, Capillitium etiam  
 habebat leniter accliuē, & oculorum lineamentorum le-  
 uorem quaedam, creditam magis quam compertam oris  
 Pompeii similitudinem ad Alexandri regis statuas repre-  
 sentantē. Qua re comoti plerique nomē quoque Alexandri  
 ei tribuerunt: quod Pompeius haudquaquam repudiavit, ut  
 cum per iocum nonnulli eum iam appellarent Alexandrum,  
 Lucius Philippus uir consularis in quadam causa ipsi pa-  
 trocinans dixerit, se absurdum nihil agere, si cum esset ipse  
 Philippus, Alexandrum complecteretur. Nec quisquam

mirabitur, chlamydem illam tanto tempore durasse, ab Alexandro scilicet ad Pompeij ætatem, modo qui legitur Plinium in octauo, qui ait, Seruij Tulli prætextas durasse annis quingentis sexaginta, nullasq; teredinum iniurias sensisse. Ab eo enim ipso tempore, quo Alexander natus est, ad Ciceronis consulatum, quo consule Pompeius, aut paulo post triumphauit, uix anni sunt trecenti uiginti, ut ex Eutropio colligere est. Athenienses quoq; chlamyde usi sunt in prælijs, paludamenti uice. Plutarchus in Crasso de Nicia loquens, qui si bellandum esset aduersus Lacedæmonios, ἀπὸ δὲ νόμου τὴν χλαμύδα, καὶ τὴν κλιέον ἀπειρία, καὶ θρασύτητα, καὶ ἀνδρείας, καὶ ὀπλίαν, καὶ στρατιὰν ἐμπειρίας ἀκρας δεομένην πᾶσα δὲ δόλις. hoc est Clamyda exuens, & Cleoni homini audaci, & rei militaris ignaro classem, uiros, arma atque adeo præfecturam hominem peritissimum flagitantem tradens.



Paludamenti, & sagi, ac caligae militaris figura, ex anti-  
quissimis marmoribus Romae inuentis.



**A** It Vlpianus, Tunicae.) Aulus Gellius libro septimo Noctium Atticarum ait, antiquitus Romanos primo quidem sine tunicis toga sola amictos. Quare nec videtur reprehendendus Cato, qui de more maiorum solebat statim a prandio ad forum descendere, ac ibi cum amicis deambulare, nullis nec calceis, nec tunica. *μετ' αει σου δε, inquit Plutarchus in Catone, παλιμ, ωστωρ εβισα, και τα βας εις αερωαν ανυποδιντ θ, και ακιτων ποδ. πατισαι μετα τω σωηθωρ.* hoc est, Post prandium autem rursus, ut solebat, in forum sine calceis ac tunica descendens cum familiaribus deambulasse. Cuius moris non meminisse videtur Plutarchus, indicans eum non seruasse decorum praetoriae dignitatis, quod sine calceis & tunica ius diceret, cum maiores non usos tunica satis costet. Neque enim frustra Ennius Carthaginensium iuuentutem tunicatam appellat. Postea uero, inquit Gellius, substrictas & breues tunicas citra humerum desinentes habebant, quod Graeci dicunt *εζωμίδας*, qua usum Catonem Maiorem, cum brumae tempore rusticaretur, autor Plutarchus. *επανελθων δε, inquit, εις το χωριον, αν μλν η χειμων, εζωμίδα λαβων, θρως δε γυμνος εργασαμεθθ μετα τω οικετων.* hoc est, Reuersus autem in agrum, si quidem hyems erat, exomida sumebat: sin autem aestas, nudus cum seruis operabatur. Quando uero in Catonis mentionem incidimus, illud in illo miratur Plutarchus, quod iam senex post consulatum & triumphum adeptum, nulla unquam uelste usus sit, quae centum denariorum precium excederet. *εδητα μλν γαρ, εδ' εποτε φροσι, φορεσαι πολυτελεσθριαν εκατηρ δραχμων.* hoc est denariorum: quae ad quadrantem respondent Iulij, quibus utuntur hodie passim in Italia, qui centum denarii nummo nostrate uiginti francis aestivam.



mari possunt. Iam & in obsonium ipse Cato in diem tri-  
 ginta asses infumebat, hoc est triginta *bayochos*; nostro ue-  
 ro more, triginta solidos. Massiliensium quoque frugalitas  
 celebrari solet, quod apud eos mulierum dos maxima cen-  
 tum aureos non excederet, uestimenta ad quinque aureos,  
 quae tamen summa Catonis precio centum solidis nostris  
 maior est, *ή γυναικίση πρὸς αὐτοῖς ὄντιν ἑκατὸν χρυσοῖ, ἢ εἰς ἑδῶ  
 τε πέντε ἢ πέντε εἰς χρυσοῦν ἰσμοῦ. πλεον δὲ ἔκ ἔφεσι.*  
 hoc est, Maxima enim dos eis est aurei centum, quinque  
 in uestes, in mundum aureum totidem: excedere uero  
 non licet, auctor Strabo. Straboni tamen refragatur id  
 quod Graeci prouerbij uice usurpant, *εἰς μαοσαλίαν πλὴν  
 ὄσιας, καὶ εἰς μαοσαλίαν ἡκείσε.* Aiunt enim ipsos Massilien-  
 ses nimis delicato ac molli, muliebrique cultu usos. insu-  
 per capillum unguentatum muliebrem in modum religa-  
 re. Vnde natum prouerbium. Verum illi prouerbio non  
 assentior, cum apud me maior sit M. Tullij autoritas, qui  
 pro Flacco ait: Massiliae disciplinam ac grauitatem non  
 solum Graeciae, sed haud scio an cunctis gentibus antepo-  
 nendam iure dicam, quae tam procul a Graecorum omnium  
 regionibus, disciplinis, linguaque diuisa, Gallorum genti-  
 bus, barbarorum fluctibus alluatur: sic optimatum con-  
 silio gubernatur, ut omnes eius instituta laudare facilius  
 possint quam aemulari. Sed quid opus illis ethnicorum te-  
 stimonio, cum Lazarus amicus ab Iesu seruatore Christo  
 uocatus, hanc unam potissimum sedem delegerit, in qua  
 uerissima dei dogmata mortales edoceret, miracula ad  
 reuocandam errandam plebeculam, prodigia ostenta-  
 ret. Sed ad tunicas reuertamur. Manicatis tunicis indui  
 non sine probro solebant, ut auctor est Gellius, qui eas  
 Graeco uocabulo *χειρῶν τῆς* appellat. Politianus in He-  
 rodiano, manuleatas uertere, Plautum imitatus, maluit,  
 quam

quàm cum Cicerone dicere manicatas. Qui cum in gre-  
gem Catilinæ inuehitur, sic ait, Quos pexo capillo nitid-  
dos, aut imberbes, aut barbatos uideatis, manicatis & tal-  
laribus ac strictis tunicis amictos, non togis. Virgilius  
quoque uidetur non sine probro dixisse,  
Et tunicae manicas, & habent redimicula mitrae.

Mulieres tunicis utebantur longe lateque diffusis,  
ad ulnas cruraque aduersus oculos protegenda, quor-  
um ima erat carni proxima: unde iocus Martialis  
in Lesbiam,

De cathedra quoties surgis, iam saepe notauit,

Pedicant miseram Lesbia te tunicae.

Obseruaui & apud Ouidium, tunicam in singulari accipi  
pro tunica illa, quae ima erat, qua hodie linea utimur, ut  
olim Athenienses talari & linea utebantur, autore Pol-  
luce. Ouidius in Amoribus,

Sic etiam tunica tangitur illa sua.

Et in tertio,

Illuc nec tunicam tibi sit posuisse pudori.

Et alibi,

Pugnabat tunica sed tamen illa tegi.

Tunicam accipe pro ea quae carni proximior, quam ut  
mihi uideatur, tunicam lineam, uel imam dicere possumus.  
Sunt qui interulam uocitent. Athenæus *χιτώνιον ἐπίθετον*  
*ἰσῶν* appellat in decimotertio, ubi de Phryne scorto nobis  
li, *ἐπίθετον γὰρ χιτώνιον ἀμπέχειτο*. hoc est, Tunicula car-  
ni proxima amiciebatur, quam camisiam dicimus. Ute-  
bantur & tunica quae media dici potest: cuiusmodi fere  
est tunica rubra, qua brumali tempore utimur. Erat &  
alia tunica quae his superinduebatur. Nostri rustici uo-  
cabuli Graeci uestigia retinentes, *hocheton* appellant, qua  
si dicas *ὁ χιτῶν*; alij *saye*. Neque uero cuiquam mirum  
uideri debet, siquidem olim Druidae Gallorum sacerdotes,  
publicis priuatisque rationibus Graecis literis utebantur, ut



tur, ut legimus in sexto Cōmentariorum Cæsaris. Quia  
 & Ephorus apud Strabonem Gallos *Χιλιέννας* appele-  
 lat. *μονοχίτων* Græcis is est, quem tunicatum dicimus,  
 id est sola tunica amictū. Plutarchus in Antonio, de Cleo-  
 patra loquens, quæ uale tudine affecta, in lectulo iacens,  
 ut Augustum aduentantem rescīuit, tunicata exiit ob-  
 uiam, seque ad pedes eius strauit, & abiēcit. ἢ δέ, inquit,  
 ἔτυχε μὲν γὰρ συμβῆσαι κατὰ λειμὸν ταπεινῶς, εἰσὶόντι δ' αὐτῷ μο-  
 νοχίτων ἀναπνῆσθαι πρὸς πίτην. Ipsa autem iacebat in le-  
 cto sordide. Ingressi uero ipsi unica amicta tunica exi-  
 liens accidit. Idem in Sylla, οἱ τ' ὀμβροὶ στρατιῶται μονοχί-  
 των ἢ ἠπὸ κλοντο τὸς ἐλευθ' μονοχίτωνας. hoc est, Tunicati,  
 & *enhocheton*, ut uulgo loquimur, salutabant illius tuni-  
 catos. Si interpretes Plutarchi aliter uertit, uel fallor, uel  
 falsus est. Athenæus quoq; in primo, καὶ ἀνδρῶν τας ἀν-  
 τῆς γὰρ ἀλεξανδρῆς ἐσάναι φησὶ, καὶ πολλὰ μὲν ἐν πόλει μο-  
 νοχίτωνας, ἐν τῷ κρητῆρας γὰρ ταῖς χερσὶν. hoc est, Statuas  
 ipsius in Alexandria collocasse ait, in multis ciuitatis par-  
 tibus tunicatas, manibus rhytum tenentes. Id est poculi  
 genus. A tunica fit tunicatus. Martialis.

Formosam faciem nigro medicamine uelas,

Sed non formoso corpore lædis aquas,

Ipsam crede deam uerbis tibi dicere nostris,

Aut aperi faciem, uel tunicata laua. Ouidius.

Astiterit tunicata, moues incendia, clama:

Sed timida caueat frigora uoce roga.

Tunicata, id est in camisia. Proinde facetissimus poeta

quietem tunicatā appellat, id est liberā ab opera togata.

Quos Faustine dies, qualem tibi Roma Rauennam

Abtulit, o soles, o tunicata quies,

Solebant enim, ut diximus, Romani togati deducere &  
 reducere magistratus, & eos, qui dignitate uel atate, uel  
 opibus

opibus præcellerent, in domum, in forum, in templa, uel alio. Quæ opera togata à Martiale uocatur, Exigis à nobis operam sine fine togatam:

Non eo, libertum sed tibi mitto meum. Et in nono.

Denarijs tribus inuitas, & mane togatum

Obferuare iubes atria Basse tua.

Deinde hærerere tuo lateri, præcedere fellam,

Ad uetulas tecum plus minus ire decem.

Quare in uita beatiore togam raram optat. Domi enim

Romani commorantes, togam reponebant, & uiliori ue-

ste utebantur: quam non inepte fortasse domesticam di-

xeris. Tullius in secundo de finibus, Aut etiam ut uesti-

tum, sic sententiam habeam, aliam domesticam, aliam fo-

rensem. Herodianus in Maximo, ἀρπαγῆσαι τῶν ὑπερβύ-

τας, ποδιβήσαντες δὲ αἶς εἶχον ποδὶ τοῖς σώμασιν ἐδῆτας λιπῆς,

ἄτε οἴκοι διατριβόντες. hoc est, Corripiunt fenes, laceratis

quibus amiciebātur, uestibus, uilioribus sanè, utpote qui

domi sese continerent. Et item Plutarchus in Sylla ait,

ἐδῆτα δὲ ἄλλω μὲν οἴκῳ, ἄλλω δὲ εἰς ἀγορὰν προέρχου-

ν. hoc est, Vestem aliam, cum domi maneret, aliam

cū ad forū descenderet, uel procedens. Tunica lati clau-

insigne erat senatorum, senatumq; ab equite distingue-

bat. Plinius libro trigesimalotertio, Annuli distinxerunt

ordinem à plebe, ut semel cœperant esse celebres, si-

cut tunica ab annulis senatum tantū. Tranquillus in Au-

gusto, Sumentī uirilem togam, tunica lati clauī refuta ex

utraq; parte ad pedes decedit. Fuerunt qui interpretaren-

tur nō aliud significare, quàm quod is ordo, cuius insigne

id esset, quandoq; ei subijceretur, id est ordo senatorius

scilicet. Tunica lati clauī, latus clauus etiamnum appella-

tur. Martialis in Gelliam,

Dum te posse negas, ni lato Gellia clauo

Nubere



Nubere, nupsisti Gellia cistigero.

Tacitus in dialogo, Equidem, ut de me ipse fatear, non eum diem lætiorē egi, quo mihi latus clauus oblatuſ est.

Quintilianus undecimo, Cui lati clauus non erit, ut tunica prioribus oris infra genua paulū, posterioribus ad medios poplites usq; perueniant. Nam infra, mulierum est: supra, centurionū. Lati clauus, est dignitas ordinis senatorij. Dicitur & clauus. Trāquillus in Augusto, Togis neq; restrictis neq; fufis usus est: clauo nec lato, nec angusto. Tunica lati clauus, siue latus clauus; antea quidem dicebatur tunica palmata à latitudine clauorū, quæ nūc à genere picturæ appellatur. Verba sunt Sexti Pompeij in uocabulo, picta, paucis additis. Cum uero ait, quæ nunc à genere picturæ appellatur, accipe ab ipsiſ clauis purpureis, qui tunicis inferuntur, appellari tunicam lati clauus. Quibus clauis purpureis mappæ quoq; ad limbum ut opinor uariari solebant. E hoc est quod ait Martialis.

Et lato uariata mapalia clauo.

Quare cum apud Liniū identidem legas tunicā palmatam, accipe pro tunica lati clauus, quam Græci χιτῶνα πλατύσιμου appellant. Strabo in tertio, ἐπι δὲ τῶν ἰδιῶσαι λέγονται πρότερον τὸς ἀνθρώπους χιτῶνας πολεμιστικῶν. Hos autem primos memoriæ proditum, induisse homines tunicas lati clauus. Hac tenus quæ de lato clauo comminisci potui, hæc sunt: ita tamen, ut ingenue fatear, mihi plane non liquere: sicut nec illis maiorum gentium scriptoribus, qui ante me nati sunt hac in re hallucinati sunt. Tunica phœnicea signum erat prælij futuri, quam alias cocconā appellat Plutarchus, ut diximus in cocco. Plutarchus in Bruto, πρόσκειτο μὲν τῷ βεβήτοισι χιτῶνα ἢ τῷ κρισίσι σύμβολον ἄγωνος φοινικῶν χιτῶνα. hoc est, Ante Bruti & Cassij uallum, prælij signum erat propositū tunica phœnicea.

D Et in

Et in Pompeio, *ἡ δὲ πέχθ' ἀπὸ τῆς σκηνῆς ἐκέλευσε προθῆναι  
τοῦ φοινικεῦ χιτῶνα.* ἴσθ' γὰρ μάχης ρωμαίοις ἔστι σύμβολον.  
hoc est, Ex templo ante prætorium iussit proponi tunicam  
phœniceam. Hoc enim Romanis pugnae signum. Alibi  
coccinam appellat Plutarchus, credo, quia idem ferè col-  
lor. Quod ait Iureconsultus, tunicae, hoc ideo, quia pluri-  
bus tunicis utebantur. Et Augustus quaternis interdum tu-  
nicis, autore Tranquillo, muniebatur. Quare apud Ovi-  
dium Fastorum secundo,

Exuerat tunicas, uterique manifesta tumore

Proditur indicio ponderis ipsa sui. Et in eodem,

Dat tenues tunicas Getulo murice tinctas:

Dat teretem zonam, qua modo cincta fuit.

Tunica quoque apud Celsum pro eo ponitur, quã *ταγαν*  
uulgo dicimus, his uerbis, Vel ex ictu aliquo rumpit tu-  
nica, quæ diducere ab inferioribus partibus intestina de-  
buit, Sunt & tunicae apud eundem, testiculorum inuolucra.  
Sic etiã Persius non ineleganter, caepe tunicatum appellat.

Cap. XIII

**P**Alliola.) Pallium erat Græcorum. Tullius pro Ra-  
birio, Cōsularis homo foccos habuit & pallium: nec  
uero id homini tum quisquam, sed temporari assignandum  
putauit. Tranquillus in Augusto, Sed cæteros cōtinuos  
dies inter uaria munuscula, togas insuper & pallia distri-  
buit, lege proposita, ut Romani Græco, Græci Romano  
habitu uterentur, Pallium quoque erat philosophorum,  
Gellius libro nono, Video, inquit Herodes, barbam &  
pallium, philosophum nondum uideo. Pallia inter com-  
munia uestimenta annumerantur Vlpiano hic, quæ pro-  
miscua appellat Tacitus in tertio, Promiscuas uiris &  
fœminis uestes.

Pallii etiam nunc in lecto utebantur. Ouidius in Amoribus.  
Nec



Nec in lecto pallia nostra sedent.

Martialis,

Gutta pallia nec fefellit ulla,

Iuuenalis in sexta,

Tunc corpore sana

Aduocat Archigenen, onerosaq; pallia iactat.

Pallia tunicae imponebantur, ex prouerbio, Tunica pāl-

lio proximior. Quod si uerum est, tunicarū muliebrīum

alae non erant consutae, erantq; Romanae φαινομείδας,

quemadmodum & Spartanæ. Quod & Ouidianis uer-

quemadmodum & Spartanæ. Quod & Ouidianis uer-

sibus probari potest, cum ait,

Pallia si nimium terræ demissa iacebunt,

Collige, & in munda sedulus effer humo.

Protinus officij precium patiente puella,

Contingent oculis crura uidenda tuis.

Nec enim efferēdo pallio aperirent crura, si alae utriusq;

consutae essent, etiamsi Plutarchus dicat, ἐπι δὲ μάλλου ἢ

πῶς τὰς πῆχόνος φυλακὴ κατέσκαλτο τῶν ὀμῶν πρὸς τὸ δῆλυ καὶ

κόσμου. ἢ δὲ τὸ λυκὸργον παντάπασιν ἀναπέπτηαυλὴν καὶ θῆλυς

ἔσται τοῖς ποιηταῖς λόγου πρὸς ἄλλοις. φαινομείδας τε γὰρ αὐτὰς

ἀφελῶσι, ὡς ἰβυλιῶν, καὶ ἀνδρομανεῖς ἰσορῶσιν, ὡς ὕνειπίδης.

Et paulo post, τὰ γὰρ ὄντα τῶν πῆχονικῶν χιτῶν αἰ πῆχονικῶν

δὲ καὶ ἀνεξέταμνα καὶ ἄνωθεν, ἀλλ' ἀνεπῆυσοντο, καὶ σωεγύμι-

νον ὄλον ἐν τῷ βαδίζειν τὸν ἄνθρωπον. hoc est, Itēq; custodia quæ

ad uirgines pertinet, à Numa cohibita magis est ad mulie-

brem cultum & ornatum. Custodia uero Lycurgi planè

aperta nimis. Siquidem muliebris cum sit, poetis ioci an-

imam præbuit. φαινομείδας enim ipsas appellant, id est

quarum aperta sunt femora, ut Ibycus. Et paulo post, Ni-

mirum pinnae uirginalis tunicae non erant consutae, sed

explicabantur, aperiebantq; totum incedendo femur.

Hactenus Plutarchus. Quibus uerbis apparet Spartanæ

mulieres solitas incedere sola tunica amictas, cuius alae

non erant consutae. Quod & Romanis obseruatum

arbitror ex Ouidio, ita tamen, ut tunicis pallia uel stola  
superimponerentur. Neq; enim, ut mihi quidem uidetur,  
aliter capi potest sensus Ouidianus, nisi si quis dixerit,  
quod efferendo pallio, simul & efferebatur tunica, quod  
magis amentis fuisset quam amantis. Cæterum tunica il-  
la, cuius pinnæ dissolutæ aliquatenus erant, & qua ute-  
bantur Sparta *χρῖσὸς χιτῶν* appellatur à Iulio Polluce, in  
onomastico ad Cōmodum. A pallio fit palliolum, quod  
laneum erat. Martialis,

Succida palliolo uellera quinq; petit.

Mulierum etiam erat. Iuuenalis, Aut cum

Vxorem cōmædus agit, uel Dorida nullo

Cultam palliolo, mulier nempe ipsa uidetur.

Inde palliolatus. Tranquillus in Claudio, Ob hanc ean-  
dem ualeudinē, & gladiatorio munere, quod simul cum  
fratre memorię patris edebat, palliolatus nouo more pre-  
fedit. Martialis in nono,

Hanc uolo quæ facilis, quæ palliolata uagatur.

A pallio fit palliatus, id est pallio munitus. Gellius libro

nono, Adijt nobis presentib. palliatus quispiā et crinitus.

Erāt etiam nū pallia cœnatoria, quorū meminīt Martial.

Pugnorum reus, ebrīaq; noctis

Cœnatoria mittat aduocato. Et in undecimo,

Ad cœnam uenies, sed sic diuisa recumbes,

Vt non tangantur pallia nostra tuis.

Et in Apophoretis, ubi in lemmate est cœnatoria, subau-  
diendum pallia. ait enim,

Nec fora sunt nobis, nec sunt uadimonía nota.

Hic opus est pictis accubuisse thoris.

Interpres fœde lapsus est: lege, ac ridebis. Porro autem  
palla Gallica, ad formam nostri *palletoci* manicati uidetur  
accessisse, si Martiali credimus,

Dimidiasq;



Dimidiasq; nates Gallica palla tegit.

Quid uero sit palla Gallica, docet Strabo in quinto, *ἀντὶ δέ, inquit, χιτωνῶν χιτῶν χειρῶν τὰς φέρουσι μέχρι ἀσπίδων καὶ γλετῶν.* hoc est, Tunicarū uice pallas manicatas gestant, ad uerenda usq; natesq; medias pertingētes. Quę uerba, Martialis uersum uidentur interpretari, Palla ab Horatio honesta dicta, mulierū erat, ut quidā opinātur. *Mat. Fascia te, tunicęq; tegunt, obscuraq; palla.*

Vtebantur & citharœdi. Ouidius in undecimo.

Ille caput flauum lauro Parnaside uinctus,  
Verrit humum Tyrio saturata murice palla.

Et tragœdi. Idem Ouidius Amorum tertio,  
Fronte comę torua, palla iacebat humo.

Quare falluntur ij qui mulierum tantum fuisse putant, in quibus et noster Sipontinus, uir alioqui de lingua Latina nō pessime meritis. Marcus Varro de lingua Latina ait, pallam ideo dici, quod foris palam sit. Eratq; palla longa ad terram usq; promissa, ut apparet in Ouidiano uersu.

Quā ob id appellat Virgilius, Pro lōgæ tegmine pallę, Endromis dicta uidetur, quod eo genere uestis, ἠδρόμιον, id est in cursu & palæstra uterentur, quam pinguem, hirsutamq; & uilli longioris fuisse constat ex Martialis libro quarto,

Hanc tibi Sequanicę pinguem textricis alumnam,  
Quę Lacedæmonium barbara nomen habet;

Sordida, sed gelido non aspernanda Decembri  
Dona, peregrinam mittimus Endromidem;

Seu lentum ceroma teris, tepidum ue trigona,  
Siue harpasta manu puluerulenta rapis;

Plumea seu laxi partiris pondera follis,  
Siue leuem cursu uincere quæris Atam.

Ne madidos intret penetrabile frigus in artus,

Ne'ue grauis subita te premat irís aqua,  
Rídebis uentos hoc munere tectus, & imbres:

Nec sic in Tyria sindone tutus eris.

Iuuenalis taxat mulieres Romanas, quæ endromide purpurea uterentur, in sexta,

Endromidas Tyrias, & foemineum ceroma

Quis nescit?

Quod uero ait Martialis, sindone, ut obiter id intelligas, *σινδών*, ut ait Pollux, est amictus ex lino Aegyptiaco, quod nunc dicrossum appellatur: dicta, ut opinor, quia primum in Sidone urbe huiusmodi amictus fieri coepit, ob id Tyria à Martiale dicta. Erant enim uicinae urbes Tyrus & Sidon. Hoc eo adieci, ut intelligeres quæ scripta sunt in Mattheo, Et cum accepisset corpus Ioseph, inuoluit illud sindone munda. De sindone conuenit Matthæus, Marcus & Lucas: uerum Ioannes ait, *καὶ ἐδύσαντο τὸ ὀθονίον μετὰ τῶν ἀρωμάτων.* hoc est, Et obuinxerunt illud othonijs cum aromatibus. Quòd si Polluci credimus, *ὀθόνιον* apud Homerum magis *ἐξ ὄβρις*, id est ex lana, quam *ἐκ λίνου*, id est ex lino erat. Sindon uero inter linea uestimenta adscribitur ab ipso Polluce. Quare puto Ioannem per othonia lintea intellexisse, recteque uertisse Erasimum, etiam si aliter sentiat Pollux.

Caput XIII

Quod ait Vlpianus, Ansitaria, quid uelit ingenue facies, quorum in altero legi, Ansitapa: in altero, Anticapa. Quocirca si mihi permittis diuinare, uel potius coniectura uti, puto legendum amphitapa. Nam amphitapæ dicuntur uestes utrinque uillosæ.

Lucilius libro primo,

Pfilæ atque amphitapæ uillis ingentibus molles.

Varro



Varro Manio, Alterum bene acceptum dormire super amphitapa bene molli. Athenæus ἀμείταπον dixit in quinto, τῶν τοῦ δ' ἀμείταποι ἀλκυγῆς ἐπιεστρωτοῦ τῆς πρώτης ὀρέας. id est, Hisce amphitapa substernebantur e molli lana. Quæ & amphimalla dicuntur. Strabo in quinto, τῶν δὲ μέσω οἱ ποδὶ πατάσιοι, ἐξ ἧς τὰ πηγῶν οἱ πολυτελεῖς καὶ γάυσαστοι, καὶ τὸ κινῶν πᾶν ἀμείμαλλον τε καὶ ἐτόρομαλλον. hoc est, Mediocre mero lanā ager Patavinus, ex qua tapera fiunt laudatissima, & gausapina, cæteraq; eiusdē generis amphimalla & heteromalla. Id est quæ utrinq; uillosa sunt, uel in altero tantū, cuiusmodi fere sunt mantes uulgo dictæ, quas Massiliæ fieri uidimus, quæ & amictus & fragulæ uestis usum nautis & nauigantibus præstant. Hodie ueste serica heteromalla utimur, quam uillosam, & uillutam uulgo dicimus, quemadmodum & lanea heteromalla, quam trippam, nisi fallor, appellamus.

## Caput XV

It Vlpianus, Et saga.) Sagum militum erat, quod & inter familiaria adscribit ab Vlpiano. Tullius, sicut ad saga. Nostri milites g litera sublata, uocabuli Latini uestigia retinent, saum uel sayon appellant id genus uestis, quod armis superinduitur, alij accoustramentum, ut prætoriani. Cicero ad Trebatium, Quamobrem camilio no luculento utendum censeo. Idem & Mutio & Manilio placebat, præsertim qui sagis non abundares. Quod uero ait, idem & Mutio, iocatur Tullius in Trebatium iurecōsultum, quibus moris est aliorum autoritate suam ipsorum comprobare sententiam. Græci unico uocabulo, ut opinor, πρὸ βρωγακίσης appellat, ea quæ superinduebant armis. Plutarchus in Artaxerxe, ὡς δὲ μόλις σιωεῖσθαι τὰ πρὸ βρωγακίσης φοινικῆ, λδουκῆς χωμῶν τῶν βασιλικῶν ἀπέναντον, ἐγνώσθη πολέμους ὄντας. Qui

Qui ubi utx rubra sagula conspicati sunt, quòd reglæ part  
 tis omnes albis uterentur, agnouerūt statim hostes esse.  
 Strabo uocabulo Latino utitur in tertio, *ἢ βασητανία δὲ  
 μελανείμωνος, ὃ πλείον δ' ἢ σάγους.* hoc est, In Bastetania  
 uero nigris uestimentis utuntur ad unū omnes, magnam  
 ferè partem in sagis. Vtebātur & Lusitani sagis, ut auctor  
 est Strabo in tertio, quibus operiebant captiuos, ex eorū  
 uisceribus uaticinaturi. Quod immanius mihi quidem ui  
 detur, quàm quod Galli quondā fecisse ferunt, fontes scilicet  
 licet ac damnatos dijs immortalibus immolasse. Plutar  
 chus in Galba, *ἰδιῆτα στραπωτικῶ* appellat, quod nos, ut  
 opinor, sagū. Extat lex militaris Caij Gracchi, apud Plu  
 tarchum in Tiberio, in hæc uerba, *ἰδιῆτα μὲν κελύων δὲ  
 μοσία χορηγεῖσθαι, καὶ μηδὲν εἰς τὸν Πρωμοφορᾶς ὑφαιρέσθαι  
 τῶν στρατευομένων.* hoc est, Sumptu ut publico saga militi  
 bus præberentur, nihil hac de re stipendio militari dimi  
 nuto. A sago fit sagulum. Lúuius in x x x, Hæc omnia  
 sagulo gregali amictus. Virgilius,

Virgatis lucent sagulis.

Tacitus de moribus Germanorum, Nudi, aut sagulo le  
 ues, nulla cultus iactatio. Et paulo post, Tegmen omni  
 bus sagum, fibula, aut si desit, spina confertum. A sago fit  
 sagatus. Martialis,

Vis te purpureum Marce sagatus amem.

Tranquillus in Cæsare dictatore, Conuiuatū assidue per  
 prouincias duobus triclinijs, uno quo sagati, palliati ue  
 berent. Saga Ligustica celebrantur à Strabone in quarto.  
 Tunice quoq; illic fieri solite. Abolla quoq; militū erat,  
 ut Nonio Marcello placet. Vnde locus Martialis in Cri  
 spinum, qui posita abolla, togam sumpserat,  
 Nescit cui Tyriam dederit Crispinus abollam,

Dum



Dum mutat cultus, induiturq; togam.

Et apud Iuvenalem non semel. Iam uero & lænam militarem fuisse Nonio placet, quam Græci *χλαῖναν* uocitant. Plutarchus in Numa, καὶ γὰρ ἄς ἐφόρουσιν οἱ βασιλεῖς λαῖνας, ἰσθῆες φησὶν χλαῖνας εἶναι. hoc est, Etenim quas gestabant reges lænas, Iuba chlænas ait esse. Pallijs superinduebatur hyberno tempore, si Martiali credimus,

Tempore brumali non multum læuia profunt,

Calfaciunt uilli pallia uestra mei.

Quod & prouerbio fit manifestum, ἡ δὲ θύρα τῶν χλαῖναν κατατριβείσιν, ἡ δὲ τῶν μὴ κατὰ ὥραν τοῖς ἀναγκαστοῖς χειμῶνων. hoc est, Aestate lænam deteris. In eos qui non suo tempore rebus necessarijs abutuntur. Utebantur læna in sacrificijs. Tul. in Bruto, Licet aliquid etiam de M. Popilij ingenio suspicari, qui cum cōsul esset, eodemq; tempore sacrificium publicum cum læna faceret, quod erat flamen cardinalis, plebis contra patres concitatione & seditione nunciata: ut erat læna amictus, ita uenit in concionem, seditionemq; cum autoritate, tum oratione sedauit. Utebantur & cœnatorijs pallij uice. Iuuenalis in quinta, Plurima sunt, quæ

Non audent homines pertusa dicere læna.

Martialis, ubi de Lusco conuiuia furacissimo,

Et tectus lænis sæpe durabus abit.

Nec tamen me fallit fuisse quosq; apud Græcos genus uestitis quæ *χλαῖνις* diceretur, ut est apud Herodotū, ubi de Dario. Nec hoc loco omiserim Gallos olim solitos sagis uillosis uti, quas lænas appellabāt. Strabo in quarto, ἢ δὲ δρέα, τραχεία ἢ ἀκρόμαλλος δὲ, ἀφ' ἧς τῶν δασέων σάγχις ἐξυφαίνεσθαι, ὅντι λαῖνας καλεῖσθαι. hoc est, Lana uero hirta, uiloso pilo, ex qua saga pexa crebra contextunt, quas lænas appellāt. Valerius *χλανίδα* amictū dixit. *χλανίδα*

E

meminit

meminit & Athenæus in quinto, πρώτοι ἦσαν οἱ τὸν ὄχλον ἐν  
 νείρωντος σελιωοὶ πορφύρας χλανίδας οἱ δὲ φοινικίδας ἡμιπέ-  
 ζομενοὶ. id est, Sileni qui primi turbam coercuerunt pars  
 lænas & purpuras, alij paludamentū purpureum induer-  
 bantur. Illud fortassis quispiam mirabitur, quod in eodem  
 dixit Athenæus χλαῖναν, quam Plato τριβωνα appellat  
 in symposio. Alcibiades loquitur, ὑπὸ τῷ τριβωνα κατὰ  
 ἑλινεῖς τὸν τρεῖσι. hoc est, Sub læna huius iacēs. Athenæus  
 uero, ὅθ' ὡς ἀλκιβιάδης σιωεκομήθη ὑπὸ τῷ αὐτῷ γυρόμενος  
 χλαῖναν. hoc est, Neq; ut Alcibiades sub eadem læna una  
 iacuit. Cicero, ubi de Dionysio in tertio de natura deorū,  
 in fine, Pellenicæ lænæ celebrantur, antiquis uictoribus  
 athletis præmiij loco dabantur. Pollux. Strabo in octavo,  
 ὅτι δὲ καὶ κόμη πελλωνή, ὅθεν καὶ αἱ πελλωνικαὶ χλαῖναι, ἀς καὶ  
 ἀθλα ἐπίθεσαν ἐν τοῖς ἀγῶσι. hoc est, Est & uicus Pellene,  
 unde & Pellenicæ lænæ, quas & præmia constituerāt in  
 certaminibus ludicris. Cap. XVI

**L** Acerna quasi lacera, quod capite minus sit, Sexto  
 Pompeio. Quam militum quoq; fuisse constat.  
 Propertius in quarto,

Textitur in castris quarta lacerna tuis. Ouid. Fast. li.  
 Mittenda est domino, nunc nunc properate puellæ,

Quam primum nostra facta lacerna manu.  
 Erant & lacernæ, quibus uterentur Romani, cum specta-  
 culis operam sedentariam præstarent, & togæ superin-  
 duebantur ad arcenda frigora. Martialis,  
 Amphitheatrales nos commendamur ad usus,

Cum tegit argentes nostra lacerna togas. Iuuen. in ix.  
 Pingues aliquando lacernas,

Munimenta togæ, duri, crassiq; coloris. Rursus Mar. in 8.  
 O quantos risus pariter spectata mouebit

Trita palatina nostra lacerna toga.

Tranquillus



Tranquillus. Dedit negocium ædilibus, ne paterentur in foro circouē quenquam consistere, nisi positis lacernis togatum. Lacernis candidis utebantur in spectaculis, si Martiali credimus, qui ludit in Horatium, qui nigra lacerna spectaculis aderat,

Spectabat modo solus inter omnes

Nigris munus Horatius lacernis:

Cum plebs, & minor ordo maximusq̃

Sancto cum duce candidus federet.

Toto nix cecidit repente cœlo.

Albis spectat Horatius lacernis.

Hactenus Martialis. Plutarchus in Aemilio, ubi de triumpho Pauli Aemilij agit, ὁ δὲ δῆμιος ὄντι τοῖς ἱππικοῖς θεῶς

φοῖς ἃ κίρκος καλοῦσι ποδὶ τε τῆς ἀγορᾶν ἐκεία πηξάμενοι κὴ τᾶλλα

ἐν πόλει ὡς μέρη καταλαώντες, ὡς ἕκαστα πᾶσι πομπῆς ἐπο-

ψῆς, ἐθεῶντο καὶ παρὰς ἐδῆσι κεισομημίνοι. Concedebatur

aliquādo honoris ergo, toga uti prætexta in spectaculis,

ut S. P. Q. R. admiratus Catonis fidem & sedulitatem in

conseruanda Cypria gaza, ultro ei præcipuam detulit

præturam, concessitq̃ ut toga prætexta in spectaculis pu-

blicis uteretur. Plutarchus in Catone, καὶ τὰς θεὰς αὐτὸν

ἐν ἐδῆσι ποδὶ πορφύρω θεῶς αἰδῆς. Etiam ludos in toga præter-

texta ut ipse spectaret. Lacernis utebātur & mulieres. Iuue-

nalis in prima, Ipse lacernatæ cū se iactaret amica. Ipsi in

plerisq̃ Italiae ciuitatibus matronas uidimus lacernatas,

eo ipso tēpore, quo per urbē mirifice tēperato gressu in-

cedūt. Fortasse uero nō inepte dixerim nostros iuris tam

diuini, q̃ humani doctores (eo em̄ uocabulo gaudēt) lacer-

natos, cū cappis quas uocāt, pellitis ornati, tyronibus suis

prolytarū, lytarūq̃ insignia largiūtur, pro sensus ratione

an pro censu, nihil habeo dicere. Sacerdotes quoq̃, q̃ Ca-

nonici dicunt, lacernis nigris ornātur, ut cucullo, cum in-

ædis choro sedentario diuinos Davidis uersus, alternis  
 ultro citroq; uicibus decantant: tēpore uero æstiuo utun-  
 tur amictu pelliceo, quem ab amiciendo, opinor, uulgo  
*amiciam* uocant. Quinetiam uidentur lacernæ esse eæ,  
 quibus Cardinales Romæ obequitando, triūphantium  
 more utuntur, sacerdotij, ut ita dicam, dibaphici ius ade-  
 pti, cum cucullo & Causia purpurea, quam nonnul-  
 li *capellum rubrum* uocant. Qui ne nimium hac de re glori-  
 entur, sciāt lacernas quoq; pauperiorū fuisse. Iuuen. in ill.  
 Quid quod materiam præbet, causasq; iocorum,  
 Omnibus hic idem, si fœda & scissa lacerna. Mar-  
 tialis ad Mamurianum,

Cerea si pendet lumbis, ac trita lacerna.

Nobiliiores illustrioresq; lacernis non utebantur, nisi  
 pluuio tempore, aut in spectaculis. Quare Tullius obie-  
 cit Antonio, quod redisset in urbem cum Gallicis & lac-  
 cerna. In secunda Philippicarum sic ait, Nam quod quæ-  
 rebas quomodo redissem, primum luce, non tenebris; de-  
 inde cum calceis & toga, nullis nec Gallicis, nec lacerna.  
 In uulgatis codicibus scriptū est caligis: tu ex Gellio lib.  
 XIII. Gallicis legas, nos *galozas* dicimus. Erant enim &  
 quædam lacernæ, quibus pluuioso tempore uterentur,  
 Plinius XVIII. cap. XXV. ubi de uirgiliarum occasu,  
 Ergo ex occasu eius de hyeme augurantur, quibus est  
 cura insidiandi negotiatoris avaritia. Nubilo occasu plu-  
 uiosam hyemem denuntiant, statimq; augentur lacernar-  
 um præcia. Hactenus Plinius. Quæ lacernæ dicebantur  
 & penulæ. Aulus Gellius libro XIII. T. Castritius rhe-  
 toricæ disciplinæ doctor, qui habuit Romæ locum prin-  
 cipem declamandi & docendi, summa uir autoritate gra-  
 uitateq; & à D. Adriano in mores literasq; spectatus, cū  
 me præsentem, usus sum eū eo magistro, discipulos quos-  
 dam



dam suos senatores uidisset die feriato tunicis & lacernis indutos, & Gallicis calceatos, Equidem, inquit, maluisssem uos togatos esse. Pigitum est saltem cinctos esse & penulatos. Vides ut quos lacernis indutos dixerat, uocat penulatos. Penulam enim abusiue nobilissimi ueteres dixere omne quicquid tegit. Penula utebantur arcendis pluuijs. Aelius Lampridius in Alexandro, Penulis intra urbem, frigoris causa, ut senes uterentur, permisit, cum id uestimenti genus semper itinerarium, aut pluuiæ fuisset. Matronas tamen intra urbem penulis uti uetuit, itinere permisit. Iuuenalis in quinta,

Fremeret saua cum grandine uernus  
Iuppiter, & multo stillaret penula nimbo.

Quintilianus: Galba penulam roganti, non possum comodare, inquit, domi maneo: cum coenaculum perplueret. Idem Galba, penulam rogati respondit, Si non pluit, non est opus tibi: si pluit, ipse utar. Quod autem uiatoria fuerit, Tul. ad Att. XIII. probat, Sed ego, inquiens, ita egi, ut non scinderem penulam. Prouerbij uice usurpauit Tullius, ut loquimur: non sustinuit ut scinderem mantellum, quo apud me remaneret. Et paulo post, Horum ego uix attigi penulam, & tamen remanserunt. Idem Tullius pro Milone, Cum alter ueheretur in rheda penulatus, una sederet uxor. Et paulo post, Quid minus promptum ad pugnam, cum penula irretitus, rheda impeditus, uxore pene constrictus esset: Erat & penula scortea: scorta enim ueteres pelles nominabant, cuius meminit. Martialis,

Ingrediare uiam caelo licet usque sereno,  
Ad subitas nusquam scortea desit aquas.

Penula scortea utuntur ij, qui solenne habent uisere aedem D. Iacobi Caleci, uel uoti uel numi causa. brodes uocamus. Utuntur & pegasarij cursores, qui a Gallia Lugdunensi,

quinto aut sexto demum die Romam aduolant, subinde per stationes mutatis equis. Græci penulam φαινόλλω uocant. Paulus ad Timotheum secunda, τὴν φαινόλλω ὅν ἀπέλιπον ἐν τρωάδι πρὸς κάρπῳ, ὅς ἔμελλεν φερεῖ. Id est, Penulam quam reliqui Troade apud Carpum, cum uenies, apportia. Hieronymus in tertio aduersus Pelagium dialogo, uertit lacernam siue penulam, ut inquit Erasmus in annotationibus, quod cum Gellio conuenit, qui ut ferè eadem posuit lacernam & penulam, ut diximus. Athenæus in tertio, πῶς λάβη δὲ μοι ἔχουσαν φαινόλλω. hoc est, Puer candida mihi inutilem penulam. Nos uocabuli Græci uestigia seruamus, μανδύλω Græci, nos manteau dicimus. Pollux in septimo, ἢ δὲ μανδύλη, ὁμοίον τι τῷ καλυμνίῳ φαινόλλω. id est, Mandya uero simile quiddam habet cum ea quæ penula uocatur. Quod uero Lampridius scribit, Alexandrum senioribus permisisse, ut intra urbem penulis uterentur, quis forsitan mirabitur, cum orandis causis, penula munitos fuisse constet ipsos etiam oratores, ex Tacito in oratorum dialogo, his uerbis, Quantū humilitatis putamus eloquentiæ attulisse penulas istas, quibus astricti & uelut inclusi, cum iudicibus fabulamur. Hactenus Tacitus. Namq; ἢ, sub quorum persona disserit Tacitus, ante Alexandrum Imperatorē fato functi sunt; quin & Tacitus ipse, ut mihi quidem uidetur. Quare in tanta non solum rerum, sed etiam autorum diuersitate, eorumq; probatissimorum, nihil plane decernere ausim. Quæram uero omnia, dubitans plerumq; & mihi ipse diffidens. Tantum hoc dico, rem ipsam uestiariam uarijs temporibus haud prorsus eandem rationē retinere potuisse. Penula gausapina erat crebra, & uillosa, qua hyberno tempore & frigido uterentur. Martialis,  
 Is mihi candor inest, uillorum gratia tanta,



Vt me uel media sumere messe uelis.

Quidam his uersiculis putauerunt penulam gauſapinam inter theriſtra, id eſt, æſtiua ueſtimenta annumerari. Verum, ni fallor, falluntur. Senſus enim Martialis, Penulæ dicit talem ineſſe candorē, tantam ineſſe uillorū gratiam, ut etiam ſi hyberno uſui ſit adſcripta, tamen quis penulæ ſpecie captus, eam uel media ſumere meſſe uelit. Vſq; a deo ne iudicio caruere Martialis interpretes: Et ille *νεπας* *εμυρθειας* inſcriptus, de quo lactis hauſtum gallinacei ſperare poſſis.

Cap. XVII

**V** Eluti ſtolæ. Vides ut iurecōſultus ſtolam annumerat inter ea ueſtimenta, quibus uir ſine reprehentione uti non poteſt, licet aliter obſeruetur à Græcis, & Latinorum antiquiſſimis, ut diximus in principio huius opuſculi. Poſtea uero ad matronarum ueſtem hoc uocabulum translatum eſt, quæ demiffa erat ad imos uſq; pedes, & cuius extremā partem ambibat inſtita aſſuta, quæ erat faſciola quædam, ſiue limbus. Patrum noſtrorū memoria, matronæ illuſtriores inſtita utebantur, quos *goddetos* uulgo dicebant.

Ouidius,

Este procul uittæ tenues, inſigne pudoris,  
Quæq; tegis medios inſtita longa pedes. Et alias,

Ecquid ab hac omnes rigida ſubmouimus arte,

Quas ſtola contingi, ſumptaq; uitta uetat? Mart.

Inde ſtolatū, matronale atq; honeſtum dicimus.

Quis floralia ueſtit, & ſtolatum  
Permittit meretricibus pudorem?

Quod uero inſtita dicat, & limbus, pbat Virgilij uerſus,  
Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo.

Et Ouidius, Quam limbus obibat

Aureus, ornabāt aurata monilia collum.

Sunt qui dicant limbum, muliebre ueſtimentum fuiſſe,  
citantq;

citentq; Plauti locum: Textores, limbolarij. quo nō satis probatur quod uolūt, etiā si id Marcellus uelle uideatur. Capitia. Capitium Varroni dictum, quod pectus capiat, hoc est, comprehendat. Est et capitis tegmen, à capite dictum, ut opinor. Quod si uerū est, in mulieribus id capitium dicemus, quod in matronis *cappam* appellamus, quo undatim crispo utuntur Parisinæ. Omiseram dicere uerstem aliquando poni pro panno, ut apud Marcum Tullium, uestis Melitensis, quæ fiebat Melitæ, quæ est insula satis lato ab Sicilia mari, periculoſq; disiuncta, in qua est eodem nomine oppidū, quo iste Verres, inquit Tullius, nunquā accessit: quod tamen oppidum isti in textrina ad muliebrem uestem conficiendam fuit. Idem lib. IIII. in Verrem, Sed tantum ne Melitensium, quasi etiam amicorū uxores; tantum lectorum, quasi etiam omnium istorum uillas ornaturus esses.

## Cap. XVIII

**Z**onæ) hic iureconsultus inter muliebría adnumerat. Martialis,

Longa satis nunc sum, dulci sed pondere uenter  
Si tumeat, fiam tunc tibi zona breuis.

Zona quoq; erat uirorū, in qua solebāt deferre nummos. Inde præceptum illud domini apud Matth. Ne possideatis aurum, neq; argentum, neq; æs in zonis uestris. Extat Gracchi dictum in oratione, quam ad populum in concione habuit. Itaq; Quirites, cum Roma profectus, zonas quas plenas argenti extulit, eas ex prouincia inanes retuli: Alij uini amphoras quas plenas tulerunt, eas argento plenas domum reportarunt. Plutarchus in Tiberio, pro zona βαλάντιον uertit, his uerbis, μόρον δὲ τῆς ζώνης τὸ βαλάντιον πλῆρες τὸ βαλάντιον εἰς ἀργύρου, κέρνον ἐξ ἄλλων κέρναι. Etiam si idem Plutarchus alias his uerbis utatur, in Lucullo



Lucullo scilicet, οἱ δ' ἄγοντες ἀιδόρῳχοι πρὸς τὰς χυσοῦς  
 ἰσοζωμῶν ἀπέκτείναν. Cum sensissent qui eū ducebant  
 aureis quingentis succinctum interfecerunt. Illud uero  
 non omittendum quod scripsit Athenæus in primo, re-  
 ges Persarum & Aegyptios dare solitos reditum tribu-  
 torum Alexadriæ ciuitatis uxoribus suis in zonas. Tuly-  
 lius, Solere aiunt Barbaros reges Persarū ac Syrorū plu-  
 res uxores habere. His autē uxoribus ciuitates attribuere  
 hoc modo. Hæc ciuitas mulieri redimicula p̄beat, hæc in  
 collū, hæc in crines. Socrates ὅτι apud Platonē in Alcibia  
 de priore ait, ἐπεὶ ποτ' ἐγὼ ἤκουσα ἀνδρὸς ἀξιόπιστος τῷ ἀναβε-  
 βηκότων πρὸς βασιλέα, ὃς ἔφη πρὸς εὐχάριαν πάντων πομπῶν καὶ ἀ-  
 γαθῶν, ἐγγὺς ἡμῶν ἴσταν ὄσταν, ἢ καλεῖται τὸς ὑπὸ χαλκίους, ζώνῳ δὲ  
 βασιλέως γυναικός, εἶν δὲ καὶ ἄλλῳ ἢ αὐτῷ καλεῖσθαι καλὴν ἴσταν,  
 καὶ ἄλλος πολλὸς τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν, εἰς τὸν κόσμον ἐξέρχεται  
 καὶ ἄλλος τῶν γυναικῶν, καὶ ὀνόματα ἔχειν ἐκάστος τῶν τόπων ἀπὸ ἐ-  
 κἄστου τῶν κόσμων. Nam ex uiro fide digno quondam audi-  
 ui, qui ad regem in Asiam adiuuit, qui diceret regionē se  
 præterisse amplam admodū & uberem, unius ferè diei  
 iter, quam incolæ zonam reginæ nominant; esse autem  
 & aliam quam rursus uocant calyptram. Alia præterea  
 multa loca pulchra & fertilia mundo uxoribus regis desti-  
 nata, & ea sortita nomina à muliebri ornamento. Porro au-  
 tem latis zonis utebantur & mulieres apud Illyrios, quæ  
 præcingunt uentrem latis zonis quando bibunt, & hoc  
 primum mediocriter præstringunt. Cum uero acrius bi-  
 bunt, magis semper cogunt, comprimuntq; zonam. Ver-  
 ba Athenæi subscriberē, quem laudo autorem, ni uereat  
 lecturæ stomachum facere. Erat & cinctus & cingulum  
 à cingendo, ut inquit Varro. Alterum uiris, alterum mu-  
 liberibus attributum. A quo & cinctura dicitur. Trāquil-  
 lus in Cæsare dictatore, Vsum enim lato clauo ad manus  
 F fimbriato

fimbriato, nec ut unquam aliter super eum cingeretur, & quidem fluxiore cinctura. Vnde emanasse Syllę dictum, optimates sapius admonentis, ut male præcinctum puerum cauerent. De baltheo dubitari potest, an uestimentorum appellatione ueniat. Et magis est, ut armorum nomine comprehendatur, quando quidem baltheum Varro inter arma adscripsit, dictum quasi bullatū cingulum. Tacitus quoque X V II. recenset inter armorum ornamenta, in hæc uerba, Manipuli quoque, & gregarius miles, uita sua, & baltheos, phalerasque, insignia armorum argento decora, loco pecuniæ tradebant. Græci ζωνήρα appellant. Plutarchus in Camillo, ἀρδυσάριον τὴν μάχουραν, αἶμα καὶ τὸν ζωνήρα πρόσθεκε τοῖς παθμοῖς. hoc est, Gladium unā cum baltheo exutum, lancibus apposuit.

## Cap. XIX

**M**itra.) Mitra utebātur matronæ. Varro de lingua Latina, Mitra & reliqua ferè in capite, postea ad dita cum uocabulis Græcis. Utebantur & reſte, hoc est, fasciola, qua capillus in capite colligaretur. Erat autem reticulum, quod capillum contineret, nos *cophiam* uocamus. Capital quoque à capite dictū, quod sacerdotulæ, inquit Varro, in capite nunc solent habere. Sic rica à ritu, quod Romano ritu sacrificiū scemine cū faciūt, capita uelāt.

## Cap. XX

**P**ileus, quod & pileum dicitur, in plurali, ut quidam putant, uel quod ex pilis fieri solet, uel quod pilos capitis teget. Græci τὸ πλιόν. Plutarchus in M. Catone, τὸ πλιόν ἐκεῖ, καὶ τὴν ζώνην ἀπὸ λεληγομδρίου. Et capitis tegimen fuisse patet ex Martiale,

Sí possem, totas cuperem misisse lacernas,

Nunc tantum capiti munera mitto tuo.

Dumque decent nostrum pilea sumpta Iouē, *Et alias, πλιόνου etiam dicitur*



dicitur à Demosthene *πῶς δὲ τὴν ἀπαρτοσίαν, ἢ πηλίσκου λαβῶν ὑπὸ τῶν κεφαλῶν πῶθενοςίς καὶ ἐμοὶ λοιδορῆν.* Mos fuit Romanis, ut eorum serui libertatem assecuti, pileum capite tonso gestarēt. Plautus, *Vt ego hodie raso capite caluus accipiam pileum.* Plutarchus in Tito, *οἱ γὰρ ἄνδρες ἔτοιμα δάπνρ' ἔβουον δὲ τοῖς οἰκέτοις, ὅταν ἐλευθερωθῶσι, ξυρεδαί τε τὰς κεφαλὰς, καὶ πηλία φορέειν, ταῦτα δρᾶσαντες αὐτοὶ δειὰ μὲν βόοντι πῶς ἔποντο.* hoc est, Viri enim illi, qui mos seruorum est cum libertate donantur, rasis capitibus pileati in trivumpho Titum comitabantur. Hacenus Plutarchus. Serui quoq; cum pileati uænabant, eorum nomine uenditor nihil præstabat, ut Cælius Sabinus scriptum reliquit. Cupius rei causam esse ait, quod eiusmodi conditionis mancipia insignia esse in uendendo deberent, ut emptores errare & capi nō possent: neq; lex uendundi operienda esset, sed oculis iam perciperent, quodnam esset mancipiorum genus. Hæc Gellius noctium Atticarum septimo. Tiara erat capitis tegmen regum orientis. Ouidius in undecimo de Mida rege,

Tempora purpureis tentat uelare tiaris.

Plutarchus inter Medicam stolam adnumerat in Antonio, qui in publicum filios produxit, *ἀλέξανδρον μὲν γν' ἐν δὴ τῇ μηδικῇ, πᾶσαν καὶ λήταειν ὀρθλῶν ἔχου.* hoc est, Alexandrum Medica ueste, tiaram & citarim rectam habente. Hieron. ad Fabiolam, Quartum genus est uestimenti rotundū pileolum, quasi sphæra media sit diuisa, ut pars altera ponatur in capite. Hoc Græci & nostri tiaram, non nulli galerum uocant. Plutarchus in Artoxerxe, *ἀρχιπύλη δὲ τὴν κεφαλῆς ἢ πᾶσα τὸ κύρον.* hoc est, Decidit à capite tiara Cyri. Quo in loco pro galea accipi uidetur. Hesychius enim ait, quandoq; esse *πῶδιν κράνιον*, quod antiqui dicebāt ueluti *σίμμα*, autor Pollux. *κίτκεις*, quā nōnulli cidarim uocant

uocant, Perfarum quoq; regum insigne erat, si recta gesta retur. Plutarchus in Artoxerxe, ἀνέδειξε τὸν δ' ἀρείου βασιλῆα πρὸς τὴν ἑστῶσαν ἐταροχρονία, καὶ τὴν καλὰ μὲν κίττα ἐπιβλήσας φέρειν ἔδωκε. Id est, Designauit Darium regem quin-  
 quaginta annos natum, permisitq; ut eam quæ citaris ap-  
 pellatur, rectam gestaret. Cidaris quoq; capitis ornamen-  
 tum regum Armeniæ, quod & diadema appellatur. Plu-  
 tarchus in Lucullo, Τηγεάνης δ' αὐτὸς ἑαυτὸν γυμνόν, καὶ  
 ἀνοπλον φέρων ὑπερέβησε πομπήν, καὶ τὸ διάδημα τ' κεφαλῆς  
 ἀφελόμενος ἔθηκε πρὸ τῶν ποδῶν. hoc est, Ipse uero Tigras  
 nes nudus et inermis ante Pompeiū procidit, sublarumq;  
 à capite diadema ante pedes posuit. Quod hic diadema  
 dixit Plutarchus, citarim in Pompeio appellat his uerbis,  
 καὶ τέλος, ὡς πρὸς αὐτὸν ἦλθε πομπήν, ἀφελόμενος τὴν κίττα  
 εἰς ὄπισθεν, ὡς πρὸς τῶν ποδῶν θέναι, hoc est, Postremo, ut ad  
 ipsum Pompeiū uenit, sublato è capite citare, ante pe-  
 des collocare pergit. Vides ut cum de eodem Pompeio  
 & Tigraue eadem referat, quod in Lucullo diadema dix-  
 erat, in Pompeio citarim uocet. Quare puto utrumq; si-  
 mul iunctum, insigne regium esse, ut de tiara & cidare re-  
 cta diximus ex Plutarcho in Antonio. Quin Suidas &  
 Hesychius citarē & tiarā eadē existimasse quosdā scripse-  
 runt. Cidaris uero, ut ait Pollux, appellatur & cyrbasia,  
 & pileus. τὴν δὲ λυγροβάσιαν, καὶ κίττα εἰς καὶ πῖλον καλεῖται. Lu-  
 douicus Cælius in antiquis suis lectionibus legit anaxy-  
 ris, quam & cyrbasiam dicunt, falsus corrupti exempla-  
 ris errore. Legendum enim in Polluce, τὴν δὲ, non, τὴν  
 ἐ. Salij, autore Dionysio, tunicas uersicolores aneis suc-  
 cincti baltheis, togasq; annexentes sibilis circumductis  
 purpura, subtegmine puniceo, quas trabeas uocant. Est  
 enim gentilis ea uestis, Romanis ualde honorifica, & q̄s  
 apices uocant, capitibus imponentes pileos altos, in spe-  
 ciem



diem coniectos, quas Græci *λυγασίας* appellant. Diademata, ornamentum capitis regum insigne. Tacitus in quinto, Surenæ patrio more Tiridatē insigni regio eunxit, Paulo post subdit, Delectū capiēdo diademati diem hunc cōcelebrauerant. Surenæ enim gētilibus ius erat, nouo regi primum diadema ponere, ut palam fit ex Plutarcho in Crasso, in hæc uerba, *ἢ γὰρ μὴ ἔν δὲ ἀρχῆς ἐκείνῃ το βασιλεῖ γρομλίω παρδων ἰδιλιδέναι τὸ διαδῆμα πρῶτος*. Reginæ quoq; eo insigni ornabatur, ut docet Plutarchus in Lucullo, de Monima Milesia altera Xerxis uxore, cuius magna fama & honor apud Græcos. *ὅτι τῆ βασιλέως πρῶντος αὐτῆ, καὶ μετὸς πεντακιχλίου χρυσῶς προπέμψαντος, ἀντίχε, μέχρι τῆ γαστρῶν ἐγγύοντο συνδύκω, καὶ διαδῆμα πέμψας ἐν τῇ βασιλίσσῃ ἀνηγόρευσε.* hoc est, q; regi ipsam attentanti, præmissisq; xv aureorum millibus euocati non paruerit, donec de matrimonio conuentum fuerit, missiq; diademate reginam salutarit. Aureum pro centum solidis nostris accipe, ut docuit Budæus ex Tranquillo & Plutarcho & Tacito. Erat autē diadema, fascia quædā, qua caput circūligabant, unde illa cuius modo mentionem fecimus, Monima, quum à capite diadema abstraxisset, collo aptauit, seq; suspendit: *πρὸς αὐτὴν ἐκ κεφαλῆς τὸ διαδῆμα ἐξ ἰσχυρῶν περιέβη, καὶ ἀνέστησε ἐαυτῆς*. Et quum corporis grauitate laqueus ille cōfractus esset, O execrandum (inquit) diadema: neq; in tam tristi mihi ministerio profuisti. A diademate, Metellorum unus diēus diadematus, ut inquit Plutarchus in Coriolano, *ὅτι πολὺν χρόνον ἔχων περιενόσσει περιδεμενός τὸ μέτωπον.* q; multo tempore circūuagabatur, frontem redimitus. Quare quidam nō indocti apud Plinium in septimo, Diadematis legunt, his uerbis: Et hoc dicebat, iam Balearicis & Creticis & Diadematis, iam Macedonicus ipse. Eriā si

nonnulli putent legendum non Diadematis, sed Numidicis, ex Plutarcho in Lucullo, in ipso statim principio, quum ait, Auunculum Luculli fuisse Metellum, eum qui Numidicus est cognominatus.

Vitta tegimen capitis matronarum. Tibullus: Sit modo casta doce, quamuis non uitta ligatos

Impediat crines, nec stola longa pedes.

Erat quoque Vestalium, qua cum plaga utuntur ea, quae perpetuam uirginitatem deo uouerunt, unicum dei filium sponsum agnoscentes. Erat autem plaga, grande tegimen lineum, qua hodie mulieres Romanae utuntur, cuius diminutiuum est plagula, cuius meminit Vlpianus hic. Calantica etiam meminit Vlpianus in sequenti, & erat tegimen muliebri capitis. Cicero: Tu ne quum mentirentur pedes fufci, quum calanticam capiti accommodares: *λευκὸν* pileus erat Lacedaemoniorum. Strabo in VI. ubi de origine Taranti loquitur: *σωνικὸς ἢ* inquit, *τοῖς ὑακινθίνους φάλακτος, ποιεῖσθαι Ἐπιπέτοις.* Loquit de insidiis quas Lacedaemoniorum helotes, id est mancipia uocati, & Partheniae popularibus struxerant. Conuenerat (inquit) ut Hyacinthinis insultus initium fieret in populares, quando habita in Amyclaeo ludorum celebritate, Phalaethus capiti cynam imponeret. Cynam paulo post idem author (ut opinor) ex Ephoro, pileum Laconicum appellat, licet aliter rem ipsam narret. Cynae quoque meminit Athenaeus decimoquarto: *τοῖς δὲ εἰλωσι παῦ ὑβεισίων ὄργου ἄδιν πάησοι πῶς παῖσιν ἄγου ἀμιῖαν. λευκὸν τε γὰρ ἕνασιν φορέου ἐπάναγκος.* Ilotis autem opus omne iniuriosum & ignominiosum imperabant: cogebatur enim quisque ferre cynam. Hesychius uero ait, petasum esse pileum Arcaicum. Quibus uerbis palam fit, petasum fuisse tegmen capitis



capitis, unde petasati dicti. Tranquillus in Augusto:  
 Domi quoque non nisi petasatus sub dio spatiabatur,  
 hoc est, uelato capite. Athenæus in quinto: *ὑπὸ δὲ πάν-*  
*των τούτων ἀναβεβήκει παιδαγωγία χιτῶνας ἔχοντα ἰνιοχιούς*  
*καὶ πετάσους.* id est, in his autem omnibus ibant puelli  
 tunicas rhedariorum habentes & petasos. Et in duode-  
 cimo, ubi de Alexandro: *ἐν δὲ τῇ σιωουσίᾳ τῶν πετάσων*  
*καὶ τῶν πέπλων.* id est, in conuiuio uerò calceos & pe-  
 rasos. Marcus Tullius in epistola ad Cæsium: Sed pe-  
 tasati ueniunt, comites ad portas expectare dicunt.

Causia etiam capitis erat, quæ purpureæ dabantur à  
 regibus Macedonum, ut diximus. Erat enim Macedo-  
 num causia, *κενσία πῖλον μακεδονικὸν παρὰ μνηστῶν.* id  
 est, causia apud Menandrū pileus est Macedonicus: ait  
 Pollux in decimo: ut tiara, candys, ut *ἀναξυρίδων* Medo-  
 rum & Persarum. Erat autē candys tunica, quæ regis erat  
 haliporphyros, aliorū uerò purpurea: ut ait Pollux, At-  
 qui Alexander Magnus (uti ferunt) anaxyridas, candyn,  
 tiaramq; semper repudiauit. Erant autem anaxyrides, fe-  
 minalia seu brachæ, ut inquit Suidas, Hesychius, & etiā  
 (ut audio) Eustathius in Homerū Iliados secūdo. Quod  
 & Strabo dixisse uidetur, quū ait in quarto, ubi de cultu  
 Gallorum: *σχιροφορεῖσι δὲ καὶ κομποτροφεῖσι, καὶ ἀναξυρίσιν χιτῶ-*  
*ναι περιεταμνίαις.* hoc est, sagis utuntur & comā nu-  
 triunt, oblongisq; feminalibus, quas unico uocabulo bra-  
 chas dicere possumus. Idē Strabo author est, *ἀναξυρίδας*  
 Persarū quoq; fuisse, his uerbis: *ἑσθῆς ἢ πῖς ἡγεμόσι καὶ ἀνα-*  
*ξυρίσιν βίπλην, χιτῶν δὲ χειρῶν τὸς, βίπλος, ἕως γόνατος. ὁ ἄνω*  
*δύτης ἢ λδύκος, ἀνθινός ἢ ὁ ἐπάνω. ἰμώλιον θέρπος ἢ πορφυρεῶν*  
*ἢ ἀνθινοῦ, λαφαὶ πῖσαπλησία ταῖς τῶν μάχων, ὑπόστημα κίλων,*  
*δύπλην, οἷς δὲ πολλοῖς χιτῶν ἕως μεθονημῖς, καὶ διπλῶς. ῥαλῆος*  
*δὲ σινδόνιον ἢ πῖς τῶν κεφαλῆς.* hoc est, Persarum principes  
 F 4 uestis

uestis uice uti bracha tripla duplaq̄, & manicata tunica  
ad genua usq̄ promissa, cuius suffultura utiq̄ candida,  
exterior uero pars picta. Eorum pallium æstate purpu-  
reum, uel uarium: hyeme uero pictum: tiaræ haud absi-  
miles eis quas Magi gestant, calciamentum cauum ac  
duplum: uulgus autem tunicam ad mediam usq̄ tibiam  
gestat, eamq̄ duplam: fascia uero sindonica caput euin-  
ciunt. Erant autem brachæ Gallorum transalpinorum,  
Britonumq̄.

Martialis,

Quod ueteres brachæ Britonis pauperis,

Quibus & pudenda tegebantur. Iuuenalis,

Mittentur brachæ, cultelli, fræna, flagellum.

Tacitus decimosextimo, Ornatum ipsius municipia &  
coloniæ in superbiam trahebant, quod uersicolore sa-  
gulo brachas tegmen barbarum indutus, togatos allo-  
queretur. Plutarchus in Othone, ἐκείνων δὲ κενίνας, ὅτε γὰρ  
μα δ'ημολίας, ἀλλ' ἐπαχθίης ἢ ἀλλοιότης σώματος μεγαλο-  
κενός ἀναφυσίαι ἢ χρείαι ἐνεσκευασμῆος. Quibus uerbis ea-  
dē ferè quæ apud Tacitū retulisse uidetur Plutarchus.  
Vnde brachati dicti Narbonēses, ut ait Plinius. Iuuen.  
in octaua, Vt brachatorum pueri, Senonūq̄ minores.  
Nunc uero etiā brachatis, & transalpinis nationibus.  
Scitum est illud Tranquilli, Gallos Cæsar in triūphum  
duxit. Idem in curia Gallī brachas deposuerūt, latū cla-  
uum sumpserunt. De brachis etiā (ut opinor) dictum  
proverbialiter, ut de re insolita, ἀμαθῆς ἀναφυσίαι πόδι δὲ  
μῆκος, πᾶσι τάντων ἐδείκνυ. hoc est, imperitus brachā indu-  
tus, omnibus eam ostentat. Neque uero puto ἀναφυσίαι  
subligaculum fuisse, quod tantum (ut opinor) puden-  
dorum uelamen erat, neque femora contegebat, ut bra-  
chæ & ἀναφυσίαι, quæ & ob id feminalia dicuntur à  
probatissimis authoribus, Diodorus in quinto: ἐδῆσι δὲ  
χρώνται



ἡρώτων κατὰ πληκτικαῖς. χιτῶνας μὲν βαπτῆος χρώμασι ποικί-  
 λα ποῖς διλωθισμῶν καὶ ἄς ἀναφεύειδας ἐκείνοι βράκας προβα-  
 γορεύουσι. Subligaculi uero meminit Tullius Officiorum  
 primo, Scenicorum quidem mos tantam habuit à uetere  
 disciplina uerecundiam, ut in scena sine subligaculo pro-  
 deat nemo. Græci περιζώμα uocant. Plutarchus in Ro-  
 mulo, ἢ περιζώματα γυμνοὶ διαθέουσι. Et Athenus, ni fallor,  
 διαζώφας appellat, in decimoquarto, καὶ αἱ θεσσαλαὶ αὐτοὶ  
 ὀρχησίδου, καθάπερ αὐταῖς ἐστὶν ὅτι ἐν ταῖς διαζώφαις γυμ-  
 ναῖ ὠρχοῦντο. Etiam Thessalæ ipsæ saltatrices, ut eis mos  
 est in diazosphis nudæ saltabant, quod dictum fortassis  
 est ἀπὸ τῆς ὀρχήσεως. Quare quod scriptū est in epistola Pau-  
 li ad Ephesios, ad finem, σὺν τε δὲ περιζώματι πλὴν ὀσφύ-  
 ῶν ἢ ἀλθεία, uerti potius debuit: Succincti subligacu-  
 lo, uel succincti simpliciter, quàm baltheo. Nihil eñ com-  
 mune lumbis cum baltheo. Nec te moueat, quod doctis-  
 simos mouisse uidetur, quòd scilicet supra mentionem fe-  
 cit πανοπλίας. Post hæc enim subdit, de calciamētis, quæ  
 nec armorum appellatione ueniūt, nec uestimentorum,  
 si iureconsultis credimus.

## Cap. XXI

**A**risto etiam coactilia uesti cedere ait.) Coactilia,  
 inquit Aegnatius, iureconsultis dici uidentur pel-  
 les, seu lora, quibus inuoluuntur, adligantur uel uestimen-  
 ta, quæ omnia instrumētū uiatorij sunt. Hactenus Aegna-  
 tius. Quibus uerbis uidetur id significari, quod Græci φά-  
 σκολον dicunt. Itali ualixe, nos uero malle. Ego ante quàm  
 hæc Aegnatij uerba legissem, aliter sentiebam. siquidem  
 memineram me legisse apud Plinium in octauo, Lanæ &  
 per se coactæ uestem faciunt, unde coactilia dicta putabā  
 ea, quæ uulgo seltra appellamus. Nunc uero tanti uiri au-  
 toritate permotus subsisto. Cæsar libro tertio de bello ci-  
 uili, Atq; oēs ferè milites aut ex subcoactis, aut ex cento-  
 nibus

nibus, aut ex corijs tunicas ac tegmenta fecerant quibus tela uitarent. Quod si uerum tibi lector uidebitur, quod nos ante uulgata Aegnatij scholia opinati sumus, ausim & ego opinari bis ad eundem lapidem Aegnatium offendisse. Neq; enim pertinaciter in Pertinace Capitolini legendum, tabernam coactiliariam, ut censet Aegnatius: sed coctilitiam potius, id est eam in qua coquebantur ligna, ne fumum facerent, quorum meminit Vlpianus in l. ligni appellati, supra de leg. tertio, & de uerb. sig. his uerbis, Sed & titiones, & alia ligna cocta, ne fumum faciant. Quæ etiam à Martiale ligna acapna dicuntur, quæ & forsitan coctilia dicuntur à Trebellio Pollione in D. Claudio, in hæc uerba, Ligni quotidiani pondo mille, si est copia: sin minus, quantum fuerit, & coctilium quotidiana batilla quatuor. Quæ Iulius Pollux in decimo *ξύλα καύσιμα* appellat. Quod uero apud Plinium in octauo, post uerba supra scripta, in uulgatis codicibus legitur, Indumentum usum ueniunt: legendum, in tomenti usum ueniunt. Cuius loci me admonuit (uolo enim suæ cuiq; industriae honor reddatur) Christophorus Longolius, uir mecum ipsodem Græcarum literarum studijs, ueluti sacris initiatus, eoq; nomine mihi amicissimus. Ille em̄ unus in causa fuit, uti posthabitis rabularum altercationibus, quibus audiendis in suprema Parisiorum curia tempus tereremus, Romanam unam cum eo ad capiendum ingenij cultum concederem: cuius immaturo interitu, Romane, Græcæq; literæ damnatum uirtutem admirati Romani, eum non petentem ciuitate donarunt. Laboris enim improbitate, ingenijq; felicitate eò gradum fecerat, unde si porro fatorum clementia uitæ diem prorogante admissus fuisset, peruenire ad summam, et doctissimo cuiq; in utriusq; lingue facultate equari potuisset



potuisset. Latine quidem loquendo nescio an habuisset  
parem neminem. Quod si quis meum hac in re testimo-  
nium eleuet, ut hominis Longolij amicissimi, Germani  
Brixij carmē legat, uiri utriusq; linguæ studiosissimi, tum  
uero poetæ felicissimi,

Longolio uix dum digresso matris ab aluo

Dixerat Aonidum nomine Mercurius,  
Cresce infans, tibi ab ingenij, linguæq; disertæ

Dotibus, olim ingens, me duce, fama aderit.  
Quam primis postquam sibi conciliaisset in annis

Longolius fuso, nocte dieq; oleo:

Tum deus eloquij ueritus, si debita fati  
Ordine uixisset tempora Longolius,

Ne sibi præriperet linguæ decus, inuidus illum  
Contactum uirga sustulit ante diem.

Εἰς τὸ αὐτὸ Ἔ αυτ.

Κείλιου γ' ἡ κροῶν κέλιποι ἀντήνορ ὅ γ' ἄτος

Τείχος, λογγόλιου μοῖρ' ὄλην δαμασεν.

Τῶ γὰ εἰς πόλι' ἔεφανομ διαθήσασθ' ἑώμην

Ἀσείω γράϊ ξείνον ἀμειβομένη.

Εἵνεκα πάντε λόγων, καὶ λέξι' εἵνεκα κομψῆς.

Εἵνεκα τῆ διδ' αἰχῆς, εἵνεκα τῆ χειρῶν.

Δύσμορε λογγόλι' ἔφατόν ὡς, θάνες γ' νεόπτι

Καὶ τῆ ἐώμ ζωῆς ἄξι' ἀθανάτω.

Hæc Lazarus Baius commentabatur, emendatu-  
rus, immutaturusq; siquid sit, quod à uarie-  
tate iudiciorum desyderetur.

177  
The first part of the book is devoted to a general  
description of the country, its climate, soil, and  
resources. The author then proceeds to a detailed  
account of the principal towns and cities, and  
the manner in which they are governed.

The second part of the book is devoted to a  
description of the principal rivers and lakes, and  
the manner in which they are navigated. The  
author then proceeds to a detailed account of the  
principal trade and commerce, and the manner  
in which they are conducted.

The third part of the book is devoted to a  
description of the principal manufactures and  
industries, and the manner in which they are  
conducted. The author then proceeds to a  
detailed account of the principal agriculture,  
and the manner in which it is conducted.

The fourth part of the book is devoted to a  
description of the principal military and naval  
forces, and the manner in which they are  
conducted. The author then proceeds to a  
detailed account of the principal history, and  
the manner in which it is conducted.





## ANTONIO A BURGO

CLARISSIMO VIRO, GALLIA

rum Cancellario Lazarus

Baysius s.

HAS nostras uigilias pridem edideramus sine tuto-  
 re, sine uindice, Antoni clarissime: propterea quòd id tē-  
 poris Venetijs eramus à rege legati: nihilq; à quoquam  
 iurisdictionum auctoritate fulti timeremus, qui ab omni-  
 bus propemodum sancti haberemur. Nunc ipsi ad priua-  
 tam fortunam reiecti, te potissimum nostrorum studiorū  
 assertorem fore idoneum cognouimus: qui in altissimo  
 dignitatis gradu constitutus, summisq; occupationibus  
 districtus, tuam tamen dignitatem ad hæc humaniora stu-  
 dia, ut ita dicam excolenda, demittere nō grauaris. Quo-  
 rū studiosis ut prodesse posses, quantū uelles, Regis Fran-  
 cisci iudicio factum est, qui te nihil tale cogitantē, ne dicā  
 nō ambientē, ad hoc munus sponte sua delegit, quod &  
 est, & habetur in nostra Gallia eximium. In quo obeun-  
 do te ita geris, ut plus tua comitate comite, prudentiq; cō-  
 silio negotiorū expedias, quàm quantum iure & potesta-  
 te, morosaq; seueritate, qui ante te fuerunt, potuerint om-  
 nes. Et nimirum expediendis, conficiendisq; rebus uin-  
 cit facilitas seueritatem, prudentia auctoritatem, consili-  
 um potestatem, Sed hæc fortasse nimiū multa. Accipies  
 igitur hoc paruū opusculum tua (ut soles) ab omnibus  
 prædicata humanitate: in quo uidebis explicatam, ut por-  
 tuimus, Romanorum supellectilem, uasa omnia aurea, ar-  
 gentea, & in his (si dijs placet) nonnulla gemmea: quæ  
 tibi (ut spes est) tam grata erūt, quàm antiquarijs homi-  
 nibus esse solent numismata è terra eruta, quæ in amorib;  
 bus propter antiquitatē & delicijs habēt. Vale. Calend.  
 Augusti, ANN. M. D. XXXVI



## LAZARI BAYFII ANI

MADVERSIONES IN TRACTA

tum De auro & argento  
legato.

N capite Vxori quis lega-  
uit, quæsitum est an carru-  
ca dormitoria. Carruca ue-  
hiculari genus est à carro de-  
ductū. Quam & rhedā uo-  
cat Martialis, ubi de Basso,  
Faustine plena Bassus ibat  
in rheda. Subdit enim,  
Nec feriatuſ ibat ante car-  
rucam. Plinius libro tri-  
gesimo tertio, conqueritur

quod sua ætas carrucas ex argēto cælare inuenerit, quas  
& aureas fuisse testatur Martialis in quinto,

Aurea quod fundi pretio carruca paratur.  
Antonius Heliogabalus, ut author est Aelius Lampridius, cum priuatus esset, iter nunquam minus sexaginta uehiculis fecit: Imperator uero etiam sexcenta uehicula dicitur duxisse: afferens decem millibus camelorum, Perfarū reges iter facere: & Neronē quingentis carrucis iter iniisse. Surenas autē Perfarū regis præfectus, ἐξήλκυνε  
ἑαυτὸν αἰετῶν χιλίας σκευοφορέων καὶ καμήλων καὶ ἑκατο-  
σίας ἀπηνῶν ἐπιτηγῶν παλακιδίων. Plutarchus in Crasso,  
Δημοδένος πόδι τῶν συμμορίων, de eodē rege Perfarū inquit  
καὶ τί τὸτ' ὄντι πρὸς ἑκατοσίας καὶ χιλίας καμήλων, ἃς βασιλεὺς  
τὰ χρέματα ἀγρῶν φασὶν ὄντι. Plutarchus etiā in Alexandro,  
τῶν δ' ἄλλων κατασκευῶν, ἃ τ' πλεόντων ἐκκομιδῆναι φασὶν  
ἐοικὸς ὄντων ἑξήκοντα καὶ πεντακισχίλιαι καμήλων. A carruca  
G 2 dicun

dicuntur mulæ carrucariæ , trahēdis carrucis assignatæ.  
 Sic & asinus machinarius dicitur ab Vlpiano in l. Cum  
 quæreretur, supra De leg. tertio, & in l. Quæsitū, De fun-  
 do instructo. Et asina molendinaria à Paulo dicitur in l.  
 Cū de Ianionis, supra de fundo instructo. Neq; enim iure  
 consultorum tempore adinuentæ erant machinæ, quæ  
 defluentis, atque adeo præcipitantis aquæ impetu rotan-  
 tur, quibus hodie passim nostri molitores utuntur. Dicitur  
 & meta molendinaria, quæ est molæ pars inferior, ca-  
 tillus uero superior. Quam metam Græci ὄνον uocant,  
 & μύλος ὀνικός dicitur apud Matthæū capite decimo, o-  
 ctavo. Quæ & meta molendinaria dicitur à Iureconsulto  
 Paulo, supra De fundo instructo. instrumento leg. Quod  
 uero hic Scauola carrucæ dormitorię meminerit, addit  
 fidem his quæ de cubiculo uiatorio Neronis principis  
 ex Plin. diximus in l. Vestis, infra Eadē. Dormitoria autē  
 dixit, ut & Iulius Pollux refert in decimo, à comicis dici  
 χιτωνὸν θνητῆς, quam nos uerbum è uerbo, si uolumus, tu-  
 nicam dormitoriam dicemus, uulgo camissiam nocturnā.  
 Quin & Horatius Sermonum primo, nocturnam dixit  
 illo uersiculo, Nocturnam uestem maculant uentremq;  
 supinum. Plutarchus in Themistocle huiuscemodi car-  
 rucas dormitorias σκινὰς uidetur appellare cum ait:

ἀλλὰ καὶ τὰς ἀργυρομήτας καὶ χαλκομήτας ἰχθυοῦσας  
 παραφυλάττειν, ὡς ὑπὸ μηδενὸς ὀρέων τῶν ἰχθῶν, ἀλλ' οἰκί-  
 μιν διατρεφῆναι κατακλισημένης, γὰρ δὲ τὰς ὀλοιστορίας ὑπὸ σκί-  
 νας κύκλω περιπεφραγμένας ἰδί τῶν ἀρμαμαξῶν ὀρεῶν.

In l. Cum aurum & argentum &c. an replumbari de-  
 bet duo plumbi esse genera, nigrum & candidū, Album  
 nulli rei sine mixtura utile est, neq; argentum ex eo plu-  
 batur, hoc est, ut ipse interpretor, iungitur & solidatur,  
 quoniam



quoniam prius liquefcit argentum. Quibus Plinij uerbis planum fit, quid fit argentum replumbari: replumbatur enim, fi plumbum auellitur, & argētum purum relinquitur. Applumbare uero argentum, est plumbo addito curare, ut argentum argento, uel massa massæ cohæreat, cuius meminit Paulus in l. In rem actio, supra De rei uendicatione, in hæc uerba, Non idem in eo quod applumbatum est, quia ferruminatio per eandem materiã facit confusionem, plumbatura uero non idem efficit. Plumbatura igitur est, quando plumbo massa massæ iungitur, ita ut iunctura plumbea cohæreat. Ferruminatio uero fit, si per eandem materiam massa massæ confunditur. Plin. libro tricesimo tertio, cap. quinto, ubi de glutinandis perficiendisq; metallis, dicit aurũ stagno ferruminari, his uerbis, Chryfocollam aurifices sibi uendicant agglutinando auro, & inde omnes similiter utentes appellatam dicunt. Temperatur autem ea Cypria ærugine, & pueri impuribus urina, addito nitro, teri Cyprio ære, in Cyprijs mortarijs. Ita ferruminatur aurum. Ferruminatur dixit, id est alicui rei iungitur. Sic & idem Plinius ferruminat dixit, pro coniungit. Et decimosexto, ubi de calamis & arundine, Aut enim pro pluma strata cauponarum replet: aut ubi limosiore callo induruit, sicut in Belgis, contusa & interiecta nauium commissuris ferruminat textus, glutinoteniator, rimisq; explendis fidelior pice.

In eadem l. §. Si cui uascula argentea, ut puta lances quadratæ sint legatæ. Lanx à latitudine dicitur, ut quidam putauere, & est uas escarium. Horatius, Ne non & cantharus & lanx Ostendat tibi te. Et erat non solum lata, sed etiam caua, & ob id cauas lances dixit Martialis undecimo, Sic implet gabatas paropsidasq;

Et leues scutulas,cauasq; lances:

Hoc lautum uocat,hoc putat uenustum,

Vnum ponere ferculis tot affem .

Erant autem lances maximæ, mediæ, & minimæ, ut inquit Iureconsultus, in l. Cui lancem, hoc ipso tractatu. Et erant non solum quadratæ quædam ut hic, sed & rotundæ aliæ: quod uel Horatiij uersibus probari potest Sermonum secundo,

Vmber & iligna nutritus glande rotundas

Curuet aper lances, carnem uitantis inertem

Planum fit etiam ex uerbis Pauli in l. Si in rem, supra De de re uendica. in hæc uerba, Quamuis & in uasis occurrat difficultas, utrum lancem duntaxat dici oporteat, an etiam quadratam uel rotundam. Nos rotundis utimur, & uulgo *platum* à latitudine dicimus, ut opinor. Quod autem lanx uas sit escarium, adducor ut credam ex Iu uenalis quinta,

Aspice quàm magno distendat pectore lancem

Quæ fertur domino squilla, & quibus undiq; septa Asparagis. At uereor ne cui uidear in re non dubia testimonijs uti minime necessarijs. Ad alia pergam, si modo prius dixerò, lances chrysenderas dici à Martiale, & etiã chrysendeta, lances aureis crustis illigatas & exornatas. Martialis in secundo,

Immodici tibi flaua tegunt chrysendeta muli.

De quibus crustis copiosius infra dicemus. Catinũ quoque uas escarium dicimus, à capiendo dictum, & per diuinationem catillum deducunt. Horatius Sermonum primo, Mensaue catillum

Euandri manibus tritum deiecit ob hanc rem:

Aut positum ante mea quia pullum in parte catini  
Sustulit esuriens, minus hoc iucundus amicus

Sit mihi



Sit mihi: Quibus Horatij uerbis uides Romanos illos solitos catinis uti ad reponendos pullos, & alia obsonia, ut hodie platis utimur. Pisces quoque catinis reponbant, quod uel Horatij uersu planū fit sermonū secundo,

Angustoque uagos pisces urgere catino.  
Catino autem utebantur pauperiores, quod coniectio ex Horatij sermonum primo,

Affisto diuinis, inde domum me

Ad porri & ciceris refero, laganiq; catinum.

Cœna ministratur pueris tribus, & lapis albus

Pocula cum cyatho duo sustinet, astat echinus.

Vilis cum patera, guttus Campana supellex.  
Eo enim fictili utebantur antiqui. Iuuenalis in sexta.

Aut quis

Sympullum ridere Numæ, nigrumque catinum,

Et Vaticano fragiles de monte patellas


Aufus erat.

Est autem Sympullum, ut id obiter intelligas, uas fictile, quo in sacris prolibabāt sacrificuli. Plinius libro trigesimo quinto de plasticæ, In sacris quidem etiam inter has opes non murrhinis cristallinis ue, sed fictilibus prolibatur sympullis. Nec me fallit quosdam uiros, & eos doctissimos legere apud Plinium sympinijs *ἢ τὸ συμπίσιον*.

Quod haud scio an cuiquam probare possint. Et fortasse dictum sympullum, ut ampullam dicimus. Tullius tertio De legibus, Excitabat enim flens in sympullo, ut dicitur, Gratidius, quos post filius eius Marius in Aegæo excitauit mari.

Sympullum

*Sympullum in antiquo marmore cum lituo sic descriptum Romæ uidimus.*



Marcus sanè Tullius, qui ista ignorare non potuit, uasa illa quibus in sacris Numam usum fuisse constat, capedines ac fictiles urnulas uocat in eo libello qui *πεπελοιστε* inscribitur. Verba autem Tullij hæc sunt, si quis forte requirat: Quid autem Numa Pompilius minus ne gratas dijs immortalibus capedines ac fictiles urnulas fuisse, quam Deliacas aliorum pateras arbitramur? Hactenus Tullius, qui in tertio de natura deorum capedunculas eas uocat, Docebo, meliora me didicisse de colendis dijs immortalibus iure pontificio & more maiorum, capedunculis quas Numa nobis reliquit. Magida etiamnum inter escaria uasa ascribunt, cuius mentio apud Paulum in l. Seruius, supra De condict. indebi. & a magnitudine dictam putant, cum a maza deducatur, ut quidam autumant, a qua & mazonomum dictum rentur, cuius meminit Horatius Sermonum secundo, Deinde secuti

*μαζης* Græcum uocabulum est, quo significantur mensæ, quæ apponuntur & remouentur, auctore Iulio Pollice, Fenestella quoque, ut inquit Plinius, tympana, se iuuenē



iuvene, dicit appellata patinas & lances, quas antiqui magidas appellauerant. Est autem patina ab eo, quod patreat, dicta, quam Iureconsultus in l. Cum de Ianionis, supra De fundo instructo, inter culinaria uidetur adscribere, cum inquit, Patinae & cacabi ad coquendum pulmentarium, Patinis utique, nisi si in authorum obseruatione falsus sum, utebantur non solum ad coquendum pisces, & cetera id genus, quod authore Plinio probatur libro uigesimo tertio, ubi de saepe saepe, Decoquitur, inquit, in patinis cum sale & adipe ad tumorem quoque maxillarum & ceruicium: sed etiam ferculi uice. Cum ferculum dico, uas ad ferendum obsonium uel pulmentarium intelligo. Et nisi me & lectorem decipio, eadem patina utebantur & ad coquendum, & ad ferendum obsonium, elixum praefertim, Horatius,

Siquis eum seruum patinam qui tollere iussus,

Semefos pisces tepidumque ligurierit ius. Idem

Horatius Sermonum secundo,  
Affertur squillas inter murena natantes

In patina porrecta. Quibus certe locis patinam pro ferculo posuit Horatius. Iuuenalis autem in quarta, patinam rhombo coquendo extructam, taxat his uerbis,

Quidnam igitur censes, conciditur absit ab illo

Dedecus hoc Montanus ait, testa alta paretur,

Quae tenui muro spatiosum colligat orbem:

Debetur magnus patinae subitusque Prometheus.

Argillam atque rotam citius properate: sed ex hoc

Tempore iam Caesar figuli tua castra sequantur.

Notatur & a Plinio in x. natur. hist. Aesopi patina, in qua posuit aues cantu aliquo, aut sermone uocales, numeris sex singulas coemptas. Vitellij quoque patinam scribit Tranquillus ab eo dedicatam, ac propter eius immen-

H sam

sam magnitudinem clypeum Mineruæ, ἀγίδα πόλιος  
 nuncupatam, in qua scarorum iocinora, phasianorum &  
 & pauonū cerebella, linguas phœnicopterorū, murena  
 rum lactes, à Carpathio usque, fretoq; Hispaniæ per na  
 uarchos ac triremes petitarum. Huic autem patinæ faci  
 endæ fornax in campis exædificata erat, quando eo per  
 uenit luxuria, inquit Plin. lib. trigesimo quinto, ut etiam  
 fictilia pluris constant quàm murrhina. Hæc patinam Vi  
 tellius in principatu suo condidit C C. sestertijs. Murrhi  
 ni uero pretium ab eodē Plinio ponitur lib. XXXVII,  
 Excrefcit indies eius rei luxus, murrhino LXXX, sefter  
 tijs empto, capaci planè ad sextarios tres calice. Vides ut  
 uas murrhinum prægrande LXXX. HS. emptum, sitq;  
 summa multo inferior ea quam in patina statuimus, quã  
 to uidelicet numerus C C. octogenarium superat. Nec te  
 moueat quòd apud Plinium libro trigesimo quinto capi  
 te duodecimo, in uulgatis codicibus sic legitur, Nam nos  
 diceremus sestertijs DC. stetisse, nō dubito indignaturos  
 legentes. Nā in antiquo codice legimus non sestertijs DC.  
 sed sestertijs centum. Et in X. ubi de Aesopi patina, non  
 legendum, sexcentis sestertijs taxata, sed sestertijs centū,  
 Qui loci apud Pliniū corrupti in causa fuere, ut uiri alio  
 qui doctissimi ista non satis percepisse uideantur. Quibus  
 non danda est uenia: nihil enim peccarunt qui diuinare  
 non potuerunt; sed habenda est gratia, quòd nos incau  
 tos loci præcipitis admonuerint, & quasi digito commo  
 strarint, ne cum uulgo temere istac præteruecti collabere  
 mur. Propter illam porrò Vitellij patinam, Mutianus al  
 tero consulatu suo in conquestione exprobrauit patina  
 rum paludes, alludens opinor ad Pontinas paludes. Cæ  
 terum à patina dicitur tripatinum summa cœnarum lau  
 titia



titia, una erat murenarum, altera luporum, tertia myxoris piscis, inclinatis iã scilicet moribus, ut tamen eos præferre Græciæ etiam philosophis possimus: siquidẽ in Aristotelis hæredum auctione septuaginta patinas uenisse traditur, auctore Plinio. Patella quoque uas escarium ad olera & pulmenta ponenda, quam Græci λεκανιδία uocant. Iulius Pollux in sexto, τὰς δὲ καλιμύνας πατέλλας λεκανιδίας ὀνομάσσει. Sic enim legendum apud Pollucem. Quod autem in patellis olera ponerentur, uel Horatii uersibus epist. primo ad Torquatum probatur:

Si potes Archiacis conuiuia recumbere lectis,  
Nec modica cœnare times olus omne patella.

Et Martialis in quinto

Ponetur digitis tenendus uestis

Nigra coliculus uirens patella.

Et Iuuenalis in v.

Ponitur exigua feralis cœna patella.

Quorum omnium testimonijs clarũ est, credo, patellam paruum esse patinam, quæ ab istis tum modica, tum exigua dicitur. Iulius Pollux recensens uasa escaria, τέχνη & χύματα uocat, quæ nos uasa & uascula: κύκλοι, quos orbis & quadras dicimus: πίνακες, quas lances uocat Iureconsultus. Quod autẽ πίνακες sint uasa escaria, ex Athenæo uidere est in IIII. cũ ait, καὶ γὰρ τὸς πίνακας ἐφ' ὧν τὰς τροφὰς προσήεντο τοὺς τὸς ἔχουσι. Patinas & patellas, λεκανίδας et λεκανιδίας dicunt, nisi fallimur, ut notũ ex prouerbio, ὃν δὲ λεκάνη δελφίνα χωρεῖν, cuius meminit Plutarchus in Lucullo. Ad calcẽ istius legis uel capitis, si lubet ita uocare: Quemadmodũ clauis aurei & purpuræ. Legendũ purpurei, ex uetusti exemplaris fide. Sic enim & ipsi hũc locum citauimus in libello de re uestiaria, Clauis enim purpurei insuebantur uestibus, & maxime tunicis, ad eam fere partẽ qua pectus tegebatur. Horatius Satyra septima,

H 2 Et la

Et latum demisit pectore clauum.

Non quòd reuera essent clauis, sed quòd uiderentur clauorum purpurea capita supereminentia in tunicæ superficie. Et ut huic nostræ coniecturæ fidem habeamus, facit quod apud Athenæum in X I. legimus, ubi interpretatur hos Homeri uersiculos *παρ δ'έπας η̄ν πορφυρεῖς ὀϊκοδευ η̄ν ὀγεραὸς χρυσείσις η̄λοισι πεπαρμυλίου*. Ait enim, poetā dicere poculum illud, quam Nestorida uocat, fuisse aureis clauis suffixum: nō quod in poculo clauis infixi fuerint sed quod *ἔφοχῆ η̄ν ὀλίγη καὶ οἶονε κεφαλίδας η̄λων ἀκτελῶσι. πέπαρθαι δὲ λέγεται τὸς η̄λος ὑπὸ τῷ ποιητῷ ὄνχ' ὅτι ἔφαθεν πρόσκεινται καὶ πεπαρμυλίοι εἰσιν, ἀλλ' ὅτι ἐμπεπαρμυλίοις εἰσάσιν ἔξωτε ὀλίγω προσχρῆσι τῆς ἄλλης ὑδιφανείας ὄντες*. Nostri uascularij eiusmodi pocula martellata uocant. In capite, Et si non sunt clauis, nec aurea emblemata, quæ in parapsidibus argenteis essent. Legendum censeo paropsidibus, quæ uasa sunt escaria in Iuuenale,

Quam multa magnaq; paropside cœnat.

Tranquillus in Galba, Et ordinario quidem dispensatori breuiarium rationum offerenti, paropsidem leguminis pro sedulitate ac diligētia porrexisset. In uulgatis codicibus legitur parapsis, cū uocabulū græcum sit. *παροψίς* enim à Græcis non solum pro uili opsonio, & iure & etiam maza; sed pro escario, quod docet Iulius Pollux his uerbis, *τὰς μὲν παροψίδας, ἢ ἢ πλείους χρῆσις ἐλέγχει τὸ ὑμα ὑδι μάζης, ἢ ζωμῶ τινός, ἢ ὑδι ἐδέσματος ὀντελῶς, ὁ μὲν ἀλλὰ καὶ τὸ ἀγγεῖον λεπτίον.* & mox subdit, *ἣν δὲ τῆ ἀντιφάνως βοιωτῆα ἀφῆσαται ὑδι τὸ ἀγγεῖον δέην εἰρημυλίου καλέσασα παρὰ τῆσις ἣν παροψίσι βοιωτῆς.* Athenæus quoq; in nono ad principium quærit, apud quem authorem *παροψίς* ponatur pro uase, ut de re minime triuiali addubitans. Quòd uero, ὑδι *παροψίματος* ponatur, id est, pro obsonio, citat Aristopha



Aristophanem in Dædalo,

ῥέσους γυῶαξι ἐξ ἑνός τε τὸ πρόωυ  
ὡς πὲρ παροψίς μοιχος ὑποκδασμῆος  
ὡδὲ τὸ σκδύς Citat eundem locum citatū à Iulio Polz  
luce, ex cuius collatione legēdum duxi apud Pollucem,  
καλέσασα non καλέσασθ, ut passim legere est in uulgatis  
codicibus: & in altero βουωτία, non βουοτία. Citat

Alexim in Esione,

ὡς ἴδτε τὴν Ἰάωεζαυ ἀνδρώπως δ' ὄνο  
φέροντας εἶσω, τοικίλων παροψίδων  
Κόσμου βρύσζαυ, ἔκ' ἐπὶ εἰς ἐμὲ βλέπων.  
Argenteis autem addidit Iureconsultus, quandoquidem  
siebant & fictiles, quod uel è Martialis uersibus intelli  
gere est, cū paropsidem rubram uocet in XI,  
Cui portat gaudens ancilla paropside rubra  
Alecem, sed quam protinus illa uoret.


In eadem lege, Vel sigilla argentea. Sigilla sunt parua si  
gna, quæ sunt simulacra ad effigiem alicuius uel dei, uel  
herois facta. Cicero in sexta in Verrem, Nego ullam gē  
mam, aut margaritam, aut quicquam ex auro, aut ex ebo  
re factum, signum ullum æneum, marmoreum, eburneū:  
nego ullam picturam, neq; in tabulis neq; textilibus fu  
isse, quin quæserit, inspexerit, quod placitum sit abstule  
rit. Et in eadem, Patella grandis cum sigillis simulacris de  
orum effigiem. Et paulo post, Apposuit patellam in qua  
sigilla erant egregia, iste continuo ut uidit, non dubitauit  
illud insigne penatium hospitaliumq; deorum ex hospita  
li mensa tollere. Sed tamen quod antea de istius abstinen  
tia dixeram, sigillis auulsis reliquum argentum sine ulla  
auaritia reddidit. Vides ut quæ prius dixerat sigilla, uo  
cet illud insigne penatium. Et in eadem, ubi de simulacro  
Herculis Agrigentini, Postea, inquit, conuulsis repagur

lis, effractisq; ualuis, demoliri signum ac uectibus labefactare conatur. Vbi Tullius signum uocat Herculis simulacrum: & sic accipiendum est in l. Titia, ad finem, in eodem, cum ait, Iubeoq; signum dei ex libris centum, in illa sacra eade et in patria statui. Quo in loco recte pro simulacro intellexit Accursius, nō ut Hugut, nescio quis, qui ridicule satis signū dei pro cruce interpretatur. Illis igitur Ciceronis uerbis planum fit, ut opinor, signa & sigilla, si mulachra uel deorum uel alicuius alterius rei esse. Quæ sigilla uasis & scyphis illigabantur cæla torrm & uasculariorum artificio, qui scyphi ob id dicuntur sigillati à Marco Tullio in eadem oratione in Verrem, Cum sederem, inquit, do mi tristis, accurrūt Venerius, iubet me scyphos sigillatos ad prætorem statim afferre. Sigillatos dixit, hoc est sigillis ornatos: Græci ἀγάλματα & ἀγαλμάτια dicunt, et ἰσὶν δεῖμα, quæ nos signa et sigilla dicimus, nisi fallor.

Vasis



Vasis aurei vel argentei sigillati, et emblematis ornati forma, qualis apud antiquos fuit



Ornabantur etiã uasa emblematis, dicitis <sup>ἀπὸ τῶν ἐπιμειλιῶν</sup>  
 quod uasis adijcerentur & reuellerentur, cum libitum e-  
 rat. De quibus dicere supersedeo, quando de his copiose  
 tractauit G. Budæus in Annotat. Illigabantur & aureis  
 crustis uasa, ut est apud Paulum in l. Pediculis, infra eodē  
 in hæc uerba, Cymbia argētea crustis aureis illigata. Qua-  
 rum crustarum meminit Tullius in sexta, his uerbis, Cy-  
 biratæ fratres uocantur, pauca improbant, quæ proba-  
 rant, ijs crustæ aut emblemata detrahebantur; sic Halunti-  
 ni excussis delicijs cum argento puro domum reuerte-  
 runt Hactenus Tullius. Vasa pura dixit Iureconsultus  
 non cælata in l. Si in rem, supra De rei uendicat. A crustis  
 autem istiusmodi dicitur crustarij, quorū artificio uasa cru-  
 stis illigabantur. Plinius libro trigesimo tertio: Habuit &  
 Teucer crustarius famam Incrustare quoq; dicimus. Ho-  
 ratius Sermonum primo,

Syncerum cupimus uas incrustare.

Huiusmodi uero crustarum mentio apud Iuuenalem,

Ipse capaces

Heliadum crustas & inæquales beryllos

Virro tenet phialas.

Cæterum uasa aureis crustis illigata, quod & supra dixi-  
 mus, dicuntur à Martiale chrysendeta in sexto

Ponuntur semper chrysendeta Calpetiano,

Siue foris, seu cum cœnat in urbe domi.


Dicuntur & lances chrysendetæ ab eodē in apophoretis.

Vasis





Vasis aureis crustis illigati, ac cœlati, siue chrysendetæ formæ



In eadem, Nec speculum parieti affixum, quod intellige etiam si argenteum fuerit. Fiebant enim specula ex argento, ut ait Plin. lib. tricesimo tertio, cap. nono, Laminas duci & specula fieri, non nisi ex optimo posse creditum fuerat, id quoque iam fraude corrumpitur. Sed natura mira est imagines reddendi, quod repercusso aere atque in oculos regesto, fieri conuenit. Fiebant quoque specula ex stagno laudatissima, & Brundusij temperabantur, donec argenteis uti cœpere & ancillæ. author Plin. lib. xx. xiii.

In eadē. §. Argento factis, Trullas & pelues, &c. Trulla uas uinariū, sic dictū quod usu terat: uel ut alij putauerunt, à transuolando dicta, quod per eā aqua trāsuolet, tamē falluntur qui uas aquariū dixerint. Erat enim uas uinariū, ut ex Horatio intelligere est his uersibus,

Qui Veientanum festis potare diebus  
Campana solitus trulla, uappamq; profestis.

Et Iuuenalis in tertia,

Si trulla inuerso crepitem dedit aurea fundo.  
Dicitur & Trulleum uas quo manus perluuntur. author Nonius. Quod uero sit uas uinariū, probatur ex Tullio in sexta in Verrem, ubi ait de trulla gemmea Antiochi regis his uerbis, Erat etiam uas uinariū, ex una gemma prægrandi trulla excavata cum manubrio aureo. Quibus sane uerbis luce clarius patet, eos nihil uidisse qui eā uas tantum aquariū confirmarint. Plinius quoque author est libro tricesimo septimo, Titum Petronium cōsularem moriturum inuidia Neronis principis, ut mensam stertiorum milibus emptam fregisse. Et mox subdit idem Plinius, Sed uero, ut par erat principē, uicit omnes, quarum dringentis sestertiorum milibus capedinem unam parando



rando. Capedinem posuit pro uase uisnario, quæ dicta  
 uidetur à capiendo, ut & capis & calpar. Huius autem ca-  
 pedinis meminisse uidetur Plutarchus in libello De cohi-  
 benda iracundia, quo loco corrupta sunt exemplaria. Su-  
 pradiCTORUM autem uasculorum mentio est apud Noni-  
 um, quem uide: neque enim hoc tempore sententia est,  
 omnia uasorum genera persequi, sed in aliud tempus,  
 quo liberiore otio perfruemur, ista reijcimus: tantum le-  
 ctorem admonitum uolo, ut discat ex Ciceronis uerbis,  
 & Iureconsulti scriptis ad finem istius capituli, antiquos  
 gemmeis uasis usos, ut regum nostrorum luxus cum an-  
 tiquorum elegantia & lauitia comparatus, summa par-  
 simonia, ne dicam frugalitas, esse uideatur. Sed ad reli-  
 qua huiusce tractatus uocabula explananda propere-  
 mus. Pelues. Nonnulli peluim à pelluendo dictam af-  
 firmant: alij à pedum lotionè, inde pelluuium uas in quo  
 pedes lauantur: sic & malluuium uas in quo manus la-  
 uantur. Varro de lingua latina, Peluis pedes lauis, à pe-  
 dum lauatione. Ego uero me memini legisse apud Iulium  
 Pollucem in decimo, ubi tractat de uasis, in quibus ablu-  
 untur pedes, *πέλω* dici à tragædijs, *τῶν πεκάνων*, οἱ δὲ ἀνο-  
 λῆς, inquit uocant *πέλωνκα* *μάλιστὰ τῶν φυλίων*: nos uulgo  
*gede* dicimus. Sic & *Raniot* uas in quo pocula lauantur,  
 quod Græci *ῥανιότου* & *λατήριου* eodem authore uocāt.  
 Vide igitur lector optime, ne peluis Græcum sit, aut cer-  
 te à græca origine deductum: quia Græci dicunt & *πέλων*  
 & *πέλωνκα*, nos peluim.

Repositoria quoq; continebuntur. Repositoria à repo-  
 nendo dicta uidentur, in quibus reponebantur mensæ, quæ  
 fortasse inde trapezophora dicuntur. Reponere enim col-  
 locare est. Tullius in sexta in Verrē, Erant enea præterea  
 I 2 duo

duo signa non maxima, uerum eximia uenustate, uirginali habitu atq; uestitu, quæ manibus sublatis sacra quædam more Atheniensium uirginum reposita in capitibus sustinebant, Canephora ipsæ uocabantur. Reposita dixit, hoc est, ut ego interpretor, collocata: & inde repositoria dicta, quibus uel mensæ, uel opsonia collocarētur. Plinius lib. tricesimotertio, iam uero & mensas repositorijs imponimus, & ad sustinenda opsonia interradimus latera, Mensarum intellige, Plinius in eodē, cap. xi. Cornelius Nepos tradit, ante Syllæ uictoriā duo tantū triclinia Romæ fuisse argentea; repositorijs argentū addi sua memoria cœptum, Fenestella dicit, qui obiit nouissimo Tiberij Cæsaris principatu: sed & testudinea tum in usum uenisse. Ante se autem paulo lignea rotunda solida, nec multo maiora quàm mēsas fuisse. Se quidem puero quadrata & compacta, aut acere operta, aut cedro cœpisse. Mox additum argētum in angulos lineasq; per cōmissuras. Cū uero Plinius solida dicat repositoria, damnantur inscitij hī, qui pro loculis & recōditorijs interpretati sunt, quos in præsentia nominare non est necesse. Illud uero in præsenti non omiserim, δύβλω dici ab Atheno in quarto repositorium, in quo lanx cū opsonio reponeretur. Verba autē apud Athenæū hæc sunt, πινὰξ δι' ὧν τὰ δικάμφορ ἢ δύβλω κατακείμεναι ἀργυρεῖα, πλῆγος ἰχθύων ὀπῆων πάντα ἔστιν σπονδρισμῶν. Hoc est, Lanx dimententis magnitudine bicubitalis in repositorio collocata argēteo piscium assatorum referta ex omni genere congregatorū, id genus repositoria uulgo *chapeletz* uocamus, eisq; utimur ad sustinendas lances & discos. Plin. lib. xviii. ad finem, Necnon & in conuiujs mensisq; nostris, uasa quibus esculentum additur, sudorem repositorijs relinquentia, diras tempestates prænunciant. Plinius uigesimo octa uo, capite



uo, capite secundo, Recedēte aliquo ab epulis, simul uerri solum; aut bibente conuiuia, mensam uel repostorium tolli, inauspicatissimum iudicatur. In l. Et si nō sunt clauis. Argēto factio, Et ideo scutellas uel promulsidiaria cōtineri. Vasa promulsidiaria dicuntur ea quibus promulsidem apponebant. Est autem promulsis, quod uice mulsi dabatur conuiuio ad prouocandam auiditatem cibi. Huiusmodi fortassis erāt, artolagani, olei, & lucanica. Mulsium enim ex uetere uino factum nō implet stomachum, sed appetentiam reuocat, & auiditatem cibi, ut docet Plinius lib. uigesimo secundo, ubi de natura mellis. Sic enim promulsidem dici puto, ut proconsulē & propratorem dicimus. Proarietē quoq; dixit Cæsar in quarto Cōmentariorum, pro eo instrumento quo uice arietis utimur ad adigendam materiam, his uerbis: Et ad inferiorē partem fluminis obliquæ adigebantur, quæ proariete subactæ, & communi opere coniunctæ, uim fluminis exciperent. Quo loco obliquæ substantiue positum credo. M. Tullius ad Papirium Pætum, Ad quem uirum? nō eum quem tu solitus es promulside conficere. Et paulo post subdit, Dediscendæ tibi sunt sportellæ, & artolagani tui. Artolagani confectionem docet Athenæus in tertio his uerbis, *ἴσ' δὲ τὸ καλὸν μίχρον ἀρτολάγανον ἐμβάλλεται οἴνου ὀλίγον καὶ πίπιδι, γάλακτι καὶ ἔλαιον ὀλίγον ἢ σίκαρι.* Est autē panis genus quod & uulgo nomen retinet. M. Tullius ad eundem Papirium Pætum, oleas & lucanica promulsidis loco numerasse uidetur, in hæc uerba, Necq; est quod in promulside spei ponas aliquid, quam totam sustulisti: solent enim antea delectari oleis & lucanicis tuis. Hactenus Tullius, Mulsium autem an sit id quod Græci οἶνόμειλι dicunt, dubitari potest, propterea quod Iurecōsultus Valerianus in l. Si quis uinū legauerit, suprā De tritico, uino

uel oleo legato, aliud mulsum esse, aliud œnomeli posuit  
 esse uideatur, cum ait, Sed si mulsum sit factum, uini ap-  
 pellatione non continebitur proprie. Subdit enim, Oer-  
 nomeli plane, id est dulcissimum uinum, continebitur. Idē  
 etiam Vlpianus in l. Idem Pomponius scribit, supra De  
 rei uendicatione, asseuerare uidetur, mulsum esse speci-  
 em diuersam à uino, cum ait, Idem scribit si ex melle, &  
 ex uino tuo factum sit mulsum, quosdam existimasse id  
 quoq; communicari. Sed puto uerius, ut & ipse signifi-  
 cat, eius potius esse qui fecit: quoniam speciem pristinam  
 non retinet. Quod & Iustiniano probari uidetur, in s.  
 Cum ex aliena, De rerum diuisione. Quin & Plinius li-  
 bro uigesimo secundo, ubi de natura mellis, mulsum li-  
 cibi genere uidetur posuisse, cum ait, Multi senectam lōr-  
 gam mulsi tantū nutritatu tolerauere, Subdit enim, Ne-  
 que ullo alio cibo, celebri Pollionis Romuli exemplo:  
 quem centesimum annum excedentem, cum diuus Au-  
 gustus hospes interrogaret, quam ratione maxime uir-  
 gorem illum animi corporisq; custodisset: ille respondit,  
 Intus mulso, foris oleo. Proculus quoque in l. Qui uir-  
 num Surrentinum. s. Cui dulcia, annumerat mulsum, uir-  
 uas, ficus & palmas, itemq; passum & defrutum, inter  
 ea quæ dulcium legato cedunt, ac potius conditura loco  
 sunt, quàm uini. Huius sententiæ Paulus etiam fuisse ui-  
 detur in libro respōsorū & sententiarum receptorum.  
 οινόμελι, authore Dioscoride, σκονάζεται πρὸς δύο μετρα  
 τὰς οἴνους αἰσθητῶν καὶ παλαιῶν ὡς τὸ πολὺ, ἐνὸς μετροῦ μέλιτος  
 μυγνυθίου. & differt à melitite, quod fit è musto, cum quin-  
 que congijs austeri musti, & mellis cōgio, & salis cyatho.  
 Plinius de uinis factitijs: quæ sumpsisse uidetur ex Diosco-  
 ride πρὸς μελιτίτη οἴνους fere ad uerbum. Quibus uerbis pla-  
 nū sit οινόμελι dici mulsum à Plinio: cū ait, Distat à mulso,  
 quod



quod dicit Dioscorides, *ἡ φάρμακον δὲ τὸ οἶνο μέλιτι*. Quod si uerū est, malim suspicari locum mendosum apud Vlpianum, quā uirum doctissimū simul & *ὀνομακωθῆσθαι*, ut inquit Athenæus in tertio, ignorationis coarguere.

In eadem. §. Infecti, ad finem, Certe si caccabos argenteos. Hisce Iureconsulti uerbis probatur caccabos, & sartaginē esse uasa culinaria. Caccabus autem Græcum est. Athenæus in quarto ex Antiphanis parasito,

Εἶτα ὅτι ἂν εἴποις κάκκαβον λέγω,  
 Σὺ δ' ἴσως ἂν εἴποις λοπάδι' ἐμοὶ τὸ νομα  
 οἷς ἡ φάρμακον εἶτε κάκκαβόν πινθ  
 χάρωντ' ὀνομάσσει, εἶτε σίτηνον,  
 ἢ ἄλλω ὅτι λέγεις ἀγγεῖον οἶδα.

Caccabos & patinas inter culinaria uasa adscribit Paulus in l. Cum de Ianionis, supra De fundo instructo. Sunt & alia eius generis uasa apud Latinos, aula siue olla, ad pulstem & olera coquenda, uel quod prouerbio manifestum fit, celebrata Catullo, Ipsa olera olla legit, tum etiam ex Iuuenalis uersiculo Satyra decima quarta,

Et grandes fumabant pultibus ollæ.

Annumerantur & ista, lebes, ahenum, tripus, patella, frixorium, craticula, mortarium, & pistillum. Vasa etiam coquinaria apud Iulium Pollucē hæc didicimus, *χύντρας, χύντρας, χύντρας, λοπάδας, λοπάδας, ἐχίνους, ἐχίνους, χαλκίαι, χαλκίαι, ἐχάρας, ἐχάρας, λέβητας, λέβητια, λέβητια, καὶ ὀβελίους, ὀβελίους*. Quæ uerucula dicere possumus ex Plin. lib. xx xiii. his uerbis, Ex eo sublata ueruculis ferreis, atq; ipsa flāma cōuoluit uerucula, ut sit modici pōderis. Vbi Plin. uerueculū dixit, ut Græci *ὀβελίσκου, λοπάδια* uero & *λοπάδιον* sartaginē dicimus, ut opinor. Nos uulgo Galli *la poalle*, ut uocabuli græci nō leuiter pressa uestigia retinere uideamur, usq; adeo Galli sunt *ὀβελίωδον*.

Illam

Illam uero quam *chauserettä* dicimus, Iulius Pollux, quæ potissimum in his sequimur authorem, *πύρανον* dicit & *πυρφόρον*; apud nos dicta uidet̃ *ἀπὸ τῶ καῦμα φέρεται*, *Chauserette*. Sed de his satis. Ridebunt enim, ut uideo, istum meum Gallicarum dictionum *ἐλληνισμὸν* Germani simul & Itali: sed rideant, modo ualeamus. Cæterum quod hie miliarij Iurecōsultus meminerit, torquere poterit uel me diocriter doctos, non solum Accursio tenebras offunderè, cuius interpretationē non sine risu fateor me legisse, sed illi uiro ut temporibus illis non imperito iuris ac legū illorum temporum infœlicitas obfuit, quibus omnia barbaries Gothica occuparat. Miliariū igif uas erat ad paradam aquam calidam, quam & caldam uocat Martialis,

Caldam poscis aquam, sed nondum frigida uenit.  
 Quod uero hie miliariū uocat Pomponius, Paulus in l. Cum de Ianionis, æneum appellat, quod supra focū pendet, in quo aqua ad potandū calefit. Quo in loco puto legendū ahenū ex Horatij epist. II. *Emptis*

Sub noctem gelidam lignis calefactat ahenum.  
 Quod autē sit uas ad parandū aquæ caldæ potū, docet Athenæus in III. his uerbis, *τὸ μιλιάριον καλεῖται τὸ ἐπιμαίον τὸ εἰς θερμὸν ὕδατος κατὰ γαστήρα κατὰ σκευὰ ζομνόν*. Quod uas nonnulli Græcorum uerborū artifices *ἐπινοήθησαν* appellarūt, eodem authore Iulio, Pollux in decimo, ubi tractat de his uasis, in quibus calefit aqua, sic ait, *ἵνα μὲν τὸ ὕδατος θερμαίνεται θερματήρες, θερμαυστῆρες, θερμασίς, χαλκία θερμὰ τήρια, ἐχασίδες, λέβητες, λιβητάρια, ἐπινοήθησαν*. Nos hoc ultimum miliaria uertere possumus, ut opinor. Miliarij etiam mentio est in *ἠθρηγραμμάτων* secundo. Cuius extat haud inconditum epigramma, ipsi Latinum fecimus in condite fortasse, sed tamen ut possit intelligi,

Ex ære emisti miliarion Heliodore

Qui



Qui perflat Thracas frigidius Borea.  
 Ne suffles ignes, tu fumum stulte laceffis,  
 Tempus in æstiuum baucalim hanc habeas.

Ἠρόρα ἄεσ χαλκῶν μιλιασειον ἠλιόδωρε

τὸ ποδὶ τῶν θράκων ψυχρότερον βορέα.

μη φύσα, μη κάμνε, μά τῶν καπνῶν ἐγείρεις

εἰς τὸ θερὸν χαλκῶν βαύκαλι ἠρόρα ἄεσ.

Militarij etiamnum meminit Palladius.

In eadem. §. Perueniamus ad gemmas. Cedāt igitur gem-  
 mæ phialis uel lancibus inclusæ auro argento ue. Phiala  
 est quam Græci *Φιάλιον* uocant: dictam putant, quasi *πιά-  
 λῶν*, κατ' ἀντιστοιχείαν, ἢ τὸ *πιάμ* ἄλις πῦρ ἔχουσα, μείζων γὰρ τῶ  
 ποτιείε. Apud Athenæum legimus & phialium, *Φιάλιον*  
*χρυῶν* in s, his uerbis, *ὁ δὲ καὶ Φίλιππον τὸν ἔμεγαλτα βασι-  
 λείως ἀλεξάνδρου πατέρα, φησὶ δίδειν ὁ σάμαθ' Φιάλιον χρυῶν  
 κεκτιμῆνον αἰετῶν ἔχειν κείμνον ὑπὸ τὸ πρὸσκεφάλαιον.*

Hoc est, Quocirca Philippum quoq; illum, qui regem  
 magnum Alexandrum progenuit, refert Duris Samius,  
 cum auream phialam haberet, semper illam sub puluino  
 tenuisse repositam. Quam tamen ipsam phialam Plinius  
 libro trigesimo tertio, poculum aureum uocat. uerba ipsa  
 Plinij adscribam, ut obiter locus ille mendosus emacule-  
 tur, Summæ apud exteros licentiæ fuerat, poculo aureo  
 puluino subdito, Philippū regem dormire solitum: Ag-  
 nonem Teium Alexandri magni præfectum aureis cla-  
 uis suffigere crepidas. Sic enim legendum apud Plinium  
 non Agonentium, ut in quibusdam, & in alijs Agonem  
 Teium. Quod uel doctissimi Plutarchi autoritate con-  
 firmari potest, cum ait in Alexandri Magni uita, ὡς πᾶσι ἄγ-  
 νωνα τὸν τέτιον ἀργυρεὺς γὰρ ταῖς κρηπίσιν ἠλδος φορεῖν. Quo in  
 loco aduertendū est, Plutarchum dixisse clauos illos fu-  
 isse argenteos, cum Plinius dicat eos aureos. Et sententiæ

K. Plinij

Plinij astipulatur Athenæus in duodecimo his uerbis, *ἐν εἰς ἂν καὶ ἄγνωμ χυσοῦς ἤλκας ἢ τοῖς κρηπίσιν καὶ τοῖς ὑποδύμασιν ἐφόρει.* Quorum unus Agnon cum esset, aureos clauos in soleis & calceamētis gestabat. Vides ut aureos clauos dicat *χυσοῦς ἤλκας*, quos Plutarchus dixit *ἀργυροῦς ἀργεῖτος*. Quocirca uel diuersos à Plinio & Athenæo authores secutus est Plutarchus, uel etiam quod doctissimis uiris interdum cōceditur, *μνημονίων ἀμαρτίμα* fuit, quod *ἀργυροῦς* conscripserit *χυσοῦς*. Vtuncq; sit, certe constat inter ipsos authores illum Alexandri Magni præfectum Agnonem fuisse appellatum, patria Teium, ut nihil amplius de Plinij lectione dubitari possit. Illud quoq; adiciā ex Plutarcho in *Ἀρτοξερχε*, καὶ ὁ δὲ αὐτὸς ἀνθρώπος εἶδεν αὐτὸν καὶ εἶδε φθάσας ἐν ἑμὲ τῷ ποταμῷ προσέφορον. καὶ ταῦν χροῖον ὑπολαβὼν τῷ ὕδατι πρὸς ἡμετέραν, ἠδὲ οὐκ ἀργυροῦς. *Ὑδατὶ ἐπεμψεν αὐτῷ χυσοῦν καὶ χιλίους δαρκείους.* Idē Plutarchus Alexandri Magni liberalitatem demonstrat in ipsius uita, his uerbis, *Ἀλεξάνδερ κωνόν τῶν περὶ γαμνήτων μακεδόνων γὰρ μόνον ὀδύσας, ἢ ὅ φασὶν ἐνακιχίλιον τῶν περὶ αὐτὸν ὕδατι δ᾽ εἶπνον ὄντων, ἐκείνῳ χυσοῦν ὑδατὶ πρὸς τὰς ἀπονοδίας δούνα*

In eadem, In margaritis. Margarita à Græcis *μαργαρίτις* dicitur. Theophrastus apud Athenæum in tertio, *τῶν θαυμαζομένων δὲ λίθων εἶδὲ καὶ ὁ μαργαρίτης καλέμενος, σαφανὴς μὲν τῆ φύσει.* Eorum lapillorum qui in admiratione habentur, est & margarita dicta, natura quidem pellucida. Cætera quoque ad margaritarum originem spectantia persequitur Athenæus diuersis authoribus citādīs. Quam melius noscere est ex Plinio in nono. Cuius uerba adscribam, simul ut intelligātur ea quæ scripta sunt à Iurecōsulto in l. Pediculis, ad finē, infra eodem ubi de elenchis, cylindris et tympanis, uocabulis Accursio in cognitis agitur: simul uero etiā, ut interim nonnulli Plinij loci



hij loci à nobis in illo capite ueræ ac germanæ lectioni re-  
stituantur, ea sunt capite trigesimo quarto, Principium er-  
go columenq; omnium rerum pretij margaritæ tenent.  
Indicus maxime has mittit oceanus. Inter illas beluas ta-  
les tantatq; quas diximus, per tot maria uenientes, tam  
longo terrarum tractu, è tantis solis ardoribus, atq; Indis  
quoque insulis petuntur, & admodum paucis. Ferti-  
lissima est Taprobane & Toidis, ut diximus in circuitu  
mundi. Item Perimula promontorium Indiæ, Præcipue  
autem laudantur circa Arabiam in Persico sinu maris ru-  
bri. Origo autem atque genitura, concha est haud mul-  
tum ostrearum conchis differens. Has ubi genitalis anni  
stimularit hora, pandentes sese quadam oscitatione im-  
pleri roscido conceptu tradunt, grauidas postea eniti, par-  
tumq; concharum esse margaritas pro qualitate roris ac-  
cepti: si purus influxerit, candorem conspici: si uero tur-  
bidus, & foetum sordescere: eundem pallere, cælo minan-  
te conceptum: ex eo quippe cõstare, cæliq; eis maiorem  
societatem esse quàm maris: inde nubilum trahi colorem  
aut pro claritate matutina serenum. Si tempestiue satien-  
tur, grandescere & partus. Si fulguret, cõprimi conchas,  
ac pro ieiunij modo minui. Si uero & tonuerit, pauidas  
ac repente cõpressas, quæ uocant physemata efficere, spe-  
ciem uero inani inflatam sine corpore, hos esse concharum  
abortus. Sani quidem partus multiplici constant cute,  
non improprie callum ut existimari corporis possit, itaq;  
& purgatur à peritis. Miror ipso tantum eas cælo gaude-  
re, sole rufescere, candoremq; perdere ut corpus huma-  
num. Quare præcipuum custodiunt, pelago altius mer-  
sa, quam ut penetrent radij. Flauescunt tamen & illæ se-  
necta, rugisq; torpescunt, nec nisi in iuuenta constat ille  
qui quæritur uigor. Crassescunt etiã in senecta, conchisq;

adhærescunt, nec ijs auelli queunt nisi lima, quibus unum tantum est facies, & ab ea rotunditas, auersis planities, ob id tympana nominantur. Cohærentes uidemus in conchis hac dote unguenta circumferentibus. Cæterum in aqua mollis unio, exemptus protinus durefcit. Concha ipsa cum manum uidet, comprimit sese, operitque opes suas; gnara propter illas se peti; manumque si preueniat, acie sua abscindit, nulla iustiore poena, & alijs munita supplicijs; quippe inter scopulos pars maior inuenitur, sed in alto quoque comitantur marinis canibus; nec tamen aures foeminarum arcentur. Quidam tradunt sicut apibus, ita concharum examinibus singulas magnitudine & uetustate præcipuas esse ueluti duces, miræ ad cauendum solertij; has urinantium cura peti; illis captis, facile cæteras palantes retibus includi; multo deinde obrutas sale in uasis fistilibus, erosa carne omni, nucleos quosdam corporum, hoc est uniones decidere in ima. Vsu atteri non dubium est, colorque indiligentia mutari. Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, leuore, pondere, haud promptis rebus, in tantum ut nulli duo reperiantur indiscreti; unde nomen unionum Romanæ scilicet imposuere delitig. Nā apud Græcos non est, nec apud barbaros inuētores eius aliud quam margaritæ. Est in candore ipso magna differentia. Clarius in rubro mari repertus. Indicus specularium lapidum squamas assimulat, alias magnitudine præcellens. Summa laus coloris est exaluminatos uocari. Et procerioribus sua gratia est. Elenchos appellant fastigiatam longitudine, alabastrorum figura in pleniorē orbē desinentes. Hactenus Plinius. Nostri *poynettem* uocant. Et elenchorum meminit Iureconsultus in l. Pediculis. §. finali hoc tractatu. Cū autē ait Plinius, Er procerioribus sua gratia est; de illis fortasse sentire uidetur, quos cylindros Paulus



Paulus uocat in l. Pediculis ad finem in eodem. siquidem  
 cylindri lapilli sunt teretes & oblongi atq; uolubiles, in-  
 star eius columnæ qua utimur æquandis areis. Qui cylin-  
 dri fiebant & ex alijs lapillis. Plinius libro trigesimo septi-  
 mo, ubi de beryllis, Indi mire gaudent longitudine eor-  
 um. Et mox subdit, Ideo cylindros ex ijs facere malunt  
 quam gemmas, quoniam est summa commēdatio in lon-  
 gitudine. Hactenus Plinius. Quibus Plinij uerbis intelli-  
 gere est, cylindros & elenchos in eo differre, quod elen-  
 chi sint fastigiatae longitudinis: cylindri uero proceritatis  
 æqualiter orbiculate. Quod si uerū est, noster Sipoſtinus  
 ista nō satis percepisse uidet. Cylindrorū meminit & Lu-

Tu nube atq; tace, donāt arcana cylindros. uenalis,  
 Cylindros, hoc est, lapillos teretes & oblongos. Habes  
 etiam ex suprā scriptis Plinij uerbis de tympanis, quorū  
 meminit Paulus in l. Pediculis. Cæterum quod Plinius di-  
 cit, fieri concharum abortus si tonuerit, efficereq; ea quæ  
 physemata appellant, contra sentit Athenæus in tertio  
 his uerbis, φασὶ δὲ ὅταν βροντοῦ σωχεῖς ὡς καὶ ὀμβρῶν ἐν  
 χύσει, τότε μᾶλλον τῶν πλῆθυναν κύειν, καὶ πλείω γίνεσθαι μαρ-  
 γαρίτων καὶ ὀμμεγέθων. Aiunt autem siquando tonitrua cō-  
 tinua fuerint, pluuiarumq; effusiones, tunc maxime con-  
 chas concipere, grauidasq; fieri, & eo ipso tēpore multas  
 atq; adeo permagnas fieri margaritas. Quo loco uidētur  
 duo isti, Plinius & Athenæus, diuersos authores sequuti.

In eadē, quia concha apud rubrum mare & crescit &  
 coalescit, concham pro quadam specie margaritarum ac-  
 cipit Accursius. Nos uero cum Plinio dicimus margari-  
 tas in concha nasci, quarum clariores inueniuntur in ru-  
 bro mari, eodem Plinio authore.

In eadem. §. Murrhina autem uasa. Oriens murrhina  
 mittit: Inueniuntur enim ibi in pluribus locis, nec insi-

gnibus Parthici regni, præcipua tamen in Carmania, humorem putant sub terra calore densari. Amplitudine nusquam paruos excedunt abacos, crassitudine rara, quantadictum est uasi potorio. Splendor his sine uiribus, nitoreque uerius quam splendor. Sed in pretio uarietas colorum, subinde circumagentibus se maculis in purpuram, candoremque & tertium ex utroque ignescentem, ueluti per transitum coloris purpura, aut rubescente lacteo. Quas maculas uidere est in illo pisce, qui murena dicitur, ut nos uir illustrissimus simul et doctissimus docuit Ianus Lascaris, quem qui digne laudare uolet, omnes omnium qui sunt quicque fuere, laudes colligat, & in eum congerat, sic tamen ut fateatur illius ipsius uirtutes uerbis assequi non potuisse. Aliqua et in odore commendatio est. author Plinius. Primus Pompeius Magnus, Mithridate uicto, sex pocula murrhina loui Capitolino dicauit, si Plinio credimus. Augustus ex Alexandria capta, nihil sibi præter unum myrrhinum calicem ex instrumento regio retinuit. author Tranquillus. Sunt & crySTALLINA, quorum meminit Iureconsultus in l. tertia De supellectili legata. CrySTALLUM fieri aiunt gelu uehementiore concreto, argumento esse, non aliubi reperiri, quam ubi hybernæ niues maxime rigent, glaciemque esse, unde nomen Græci dederunt. Ex crystallo uas amphorale uisum est, author Xenocrate. Plinius etiã author est asyntheta uocari uasa crySTALLINA, pura, sine ulla macula & uitio; uitia enim artifices cælatura occultant. CrySTALLINORUM simul & MYRRHINORUM meminit Iuuenalis in VI. quo loco pro uasis potorijs posuisse uidetur.

Grandia ponuntur crySTALLINA, maxima rursus Myrrhina, deinde adamas notissimus, & Berenices In digito factus pretiosior. Martialis in tertio utrorumque meminit, his uerbis,

Optimã




Opimianum morionibus nectar  
 Crystallinisq; myrrhinisq; propinat.

Idem in decimo, crýstalla pro crýstallina dixit,


Candida setini rumpāt crýstalla trientes.

Quo loco Martialis trientem posuit non pro uase, ut quidam putauere, sed pro uini modo & mensura in calice positi. Trientem enim dixit pro quatuor uini cyathis. Sic & sextantem pro duobus, & deuncem pro undecim cyathis posuit in illo uersiculo, Poto ego sextantes, tu portas Cinna deunces. Sic & quincuncem pro quinque. Nos hodie ad antiquorum morem uinum miscemus in calicibus uitreis, non ad cyathorum numerum, sed ad quatuor uel quinque digitorum crassitudinem: quorum pollex pedis iusti mensura est, ut minimum quantum a maiorum obseruatione deflexisse uideamur. Decussem etiamnum dicebant Romani, non solum pro decem assibus, sed etiam pro numero denario, ut ex Vitruuio intelligere est: à qua decusse decussare dixere, rem aliam quam diuidere in eam notam, quæ decem apud Latinos significat: ea autem est ferè similis illi, quæ apud Grecos X dicitur. Quod ut uerum esse credam, facit quod à nobis studiose obseruatum est, ex Platonis & Ciceronis collatione. Plato enim in Timæo sic ait, τὰντων οὐ πλὴν φύσισιν πᾶσιν διπλῶν ἢ μῆκον χρίσας μέσῳ πρὸς μέσῳ ἐκείτερα ἀλλήλων, οἷον X πρὸς βαλὼν κατέκαμψεν εἰς κύκλον. Quæ ferè ad uerbū ita uertit M. Tul. in libello De uniuersitate, si tamē est germanus Ciceronis: sunt em̄ uiri doctissimi qui addubitēt. Ille porro quisquis est, qui libellū de uniuersitate conscripsit, ita ex Platone uertit, Hanc igitur omnem coniunctionem duplicem in longitudinem diffudit, mediæ que accommodans mediā quasi decussauit, Quo sane loco author ille, quicunq; fuit is, decussauit dixit

dixit, hoc est in figuram X. composuit, quæ figura apud Latinos decē significat. Cuius figuræ dimidiata pars, v. quinarium, atq; adeo quincuncem notat: quod nonnulli pro instrumento fabrorum positum asseuerāt, quam uulgo *schieram* Galli uocant, ut nos admonuit Victor Fauſtus quinquere mis instaurator. Et sic quoq; uidetur intelligendus Plinij locus lib. XVIII. ubi de limitatione agrorum his uerbis, Diximus ut in mediâ lineâ designaretur umbilicus. Per hunc mediū transuersa currat aliâ: hæc erit ab exortu æquinoctiali ad occasum æquinoctialē. Et limes qui ita secabit agrum, decumanus uocabitur. Ducantur deinde duæ aliæ lineæ in decusses obliquæ, ita ut à septentrionis dextra læuâq; ad austri dextram læuamq; descendant. Omnes per eundem currant umbilicū. Duponatur aliquid quod pateat latius, sit lineâ A, in mediâ cuius sit umbilicus B, per quem ducatur lineâ C transuersa ad rectos angulos in crucis figuram, quæ lineâ uocetur decumanus: deinde à dextra læuâq; ducantur duæ lineæ DE in figurâ crucis Burgundiæ: quæ à Plinio dicuntur decusses obliquæ, propterea quod eam formam obtineant quæ decem signat, ut liquet ista figura.




Quod si quis ex illa figura quæ decem notat, mediam partem tollat, manebit ista figura, quæ quinarium numerum atq; adeo quincuncem demonstrat. Et nisi fallor, arborum ordines dicuntur in quincuncem digesti, quando secundi ordinis arbores ad primas paribus interuallis sic disponuntur, ut figuram quincuncialem seruire adinuicem uideantur.





Sit ergo primus arborum ordo ABCD: in secundo ordine sic arbores collocandæ sunt, ut EFG, eodem interuallo distent à proximis quibusq;. Verbi causa, E eodem interuallo distet ab A & B quo distent inter se.



Quod fieri non potest, nisi æqualium laterum trianguli seruata ratione, quod & in cunctis ordinibus seruandum est: & si quis diligenter inspiciat, figuram quincunciam ubiq; uidebit: quod fieri nequit, nisi obliquo ordine: directe tamen current. Cæsar Commentariorum septimo, Ante hos obliquis ordinibus in quincuncem dispositis scrobes trium in altitudinem pedum fodiebantur. Quare falli uidentur, qui id directis ordinibus fieri putarint. Quintilianus lib. octauo, cap. tertio, Quid enim illo quincunce speciosius, quid in quancūq; partem spectaueris rectius? Sed protinus in id quoq; prodest, ut terra succum æqualem trahat. Virg. in II. Georgicorū, Non animū modo uti pascat prospectus inanem, Sed quia non aliter uires dabit omnibus æquas

Terra, nec inuacuum poterunt se extendere rami. Fiebāt & deltaria crystallina & onychina, ex crystallo & eo lapide qui onyx dicitur. Quo in genere epistolæ amatorix cōscribebantur à Cleopatra Aegypti regina ad Antonium Imperatorem, ut asseuerat Plutarchus in Antonio his uerbis, *Δικάζοντα δὲ πολλὰς τετραρχίας καὶ βασιλῶσι ἰδί βήματ' ἑλπέεια τῶν ὀρωπικῶν ὀνυχίνα καὶ κενισέλινα δέχεσθαι παρ' αὐτῆς, καὶ ἀναγινώσκειν.*

In I. In argento, ueluti columna & urceoli. Quid, malum, sit columnarium, nescire me fateor; neque uero pro

uase meminisse me alicubi legisset: quin suspicor mendū esse legendumq; colum niuariū, ex Martiale in apophoretis in illo disticho, cui lemma colum niuariū,

Setinos moneo nostra niue frange trientes,

Pauperiore mero tingere lina potes.

Colū igitur niuariū uas erat, quo aqua ex niuibus colari solebat. Nos hodie colo utimur ad lac colandū: et est uas ligneum quod fundum linteum habet ei annexum. & conlouer uulgo dicitur. Vtebantur autem Romani & sacco niuario, quo liquidius merum potarent, & erat linteus.

Martialis,

Attenuare niues norunt & linteā nostra:

Frigidior colo non salit unda tuo. Idē Mart. XII;

Et ut liquidum potet alauda merum,

Turbida sollicito transmittere cecuba sacco,

Atq; inter mensas ire redire suas.

Plinius lib. uigesimo quarto, Nitrosæ aut amaræ aquæ po- lenta addita mitigātur, ut intra duas horas bibi possint. Qua de causa & in saccos uinarios additur polenta. A sacco sacculus numorum repositorium. Vlpianus in l. Sed etsi quid, supra De usufructu, si uero simul in sacculo soluit, nihil fecit accipientis. Iuuenalis decima quarta,

Interea pleno cum turget sacculus ore. Et Catullus,

Plenus sacculus est aranearum.

A sacculo saccularij dicti, quorū mentio apud Iurecōsul- tos in tractatu De extraordinarijs criminibus. Quo sane uocabulo quidā significari censuere eos qui à Græcis *λαυποτόμοι* dicuntur. Id haud scio quā recte, homines utique sic dicti, qui e sacculo partem subducebant, & par- tem auferebant, quantum ex contextu uerborum Iur- reconsulti deprehendere potuimus. Quid si ij notantur, qui mirifica digitorum agilitate, atque adeo dexteritate, quadam



quadam oculos spectantium perstringunt, quos gobele-  
rios dicimus: Et fortasse sunt ij, quos Græci βαλαντιος  
καλεῖται dicunt. Quod aut aqua ex niue antiqui uterentur,  
uel Martialis disticho probari potest,

Non potare niuem, sed aquam potare rigentem

De niue commenta est ingeniosa sitis.

Quam aquam ob id niueam uocat idem Martialis in XI,

Nec nisi post niueam cecuba potat aquam.

Athenæus quoque in tertio citat uersus Alexiς γν̄ κωνσταν-  
τινου: qui quoniam uisi sunt lepidissimi, mihi tempe-  
rare non potui quin adscriberem:

Εἴτ' ἢ περιβόρῳ ἄξιμ' ἀνθρώπου φυτόν,

Υφανωπατά τοις τε πλείστοις χρώμενον:

Εξώμεν ἀλοτρίωμ, πῶροῶμεν συγγρηῖς.

Εχοντες ὁδ' γν̄ ἀποροῶμεν τοῖς πείλαις,

Εράνους φέροντας ὁ φόρομεν ἀλλ' ἢ καλεῶς.

Καὶ τῆς τροφῆς δὲ τῆς καθυμῶραμ πάλιν

Γλιχῶμεθα πῶ μάζαμ, ἵνα λευκὴ πῶν,

Ζωμόν δὲ τάντη μελανα μηχανῶμεθα.

Τὸ καλὸν δὲ χροῖμα λευκοπιῶ χρώσομεν.

Καὶ χίονα μὲν πίνειν πῶροσκινάσομεν,

Τὸ δ' ὄψον εἰάν μὴ δορμόν ἢ στασύρομεν.

Καὶ πὺρ μὲν ὄψιν οἴνου ἐκπιπίσομεν.

Επὶ ταῖς ἀβυρτάκισι δὲ ἐκβακχόσομεν.

Οὐκ οἶν τὸ πολλοῖς τῶν σφοδρῶν εἰρημνίον,

Τὸ μὴ γν̄ ἴσται μὲν κράτιστον ἔσ' ἀεὶ,


Επὶ αὖ γν̄ ἴσται δὲ ὡς τάχισ' εἰμ τέλος.

Vrceoli. Vrceus cuius diminutiuiū urceoli, uas aqua  
rium, ut tamen urceus esset uas ad frigidā, urceoli ad cal-  
dam. Inde urceoli ministratoriη apud Martialem,

Frigida non deficit, non deerit calda petenti.


Sed tu morosa ludere parce siti.

*Vrceoli ministratorij forma ex antiquis marmoribus desumpta.*





Vrcei figura, quo aqua in aneum infundebatur.



L 3 Vrcei

Vrcei meminît Iureconsultus in l. Cum de Ianionis, sæpe citata his uerbis, Vrcei quoq;, quibus aqua in æneum infunditur, in idem genus rediguntur. Erat & nimbus uitreus, cuius mentio multa apud Martialem, quem uide, si animus est tibi ista pernoscere. Illi autem qui ab eodem calices uitrei dicuntur, à Græcis κύλικες ὑάλινοι, uerbum è uerbo scilicet nuncupantur, authore Iulio Polluce. Fiebant & calices ex Terebintho, qui à nomine authoris *θηρείκλειοι* appellabantur: quemadmodū Antigonides & Seleucides, quibus Antigonus Seleucusq; nomina indiderunt, author Plutarchus in Aemilio. Plinius quoque libro decimosexto ex Theophrasto quod de Theriacle scripsit, sumpsisse uidetur, dum ait, Celebratur & Theriacles nomine, calices ex terebintho solitus facere torno. Athenæus enim libro undecimo, Theophrastum citat in hæc uerba, *ὅτι δὲ κύλικες ὄντι ἢ θηρείκλειοι ἢ ἀφ' ὧν παρὰ τὸν Πλάτωνα φησὶ πρὸς τὴν πύξιν ἰσορῶσαι. διγυρῶν γὰρ πύξις τὴν πύξιν ἔχει φησὶ πορρὸν εἶναι ἢ αὐτῆς κύλικας θηρείκλειας, ὥστε μὴ δύνασθαι ἀγνοῦναι, πρὸς τὰς κεραιμίας. κατασκευάσαι δὲ λέγεται τῶν κύλικας τῶν θηρείκλειας ὁ κεραιμῶν, ἀφ' ὧν καὶ τῶν κεραιμῶν ἔχει. ἄλλοι δὲ ἰσορῶσι θηρείκλειον ὀνομαδῆναι τὸ ποτῆριον ἔχει τὸ ὄνομα θηρείκλειον αὐτῶν ἢ τετυπῶνται.* Illud porro sciendum est, calicem à probatissimis authoribus poni non solum pro uase, sed pro ea tantum uasis parte, quæ humoris capax est. Plinius libro tricesimosextimo supra à nobis citato, ubi de murrhîni pretio agit, Excrefcit, inquit, indices eius rei luxus, murrhîno L x x x, sextertijs empto, capaci plane ad sextarios tres calice. Vides ut calicem murrhîni dixerit eam partem quæ humorem continere queat. Sic & rosæ calicē dixit Plin. eā partem, quæ rosæ luteos apices in se recipiat & cōtineat. Plin. cap. quarto, lib. uigesimo primo, Quo mox intumescente, & in uirides alabastrōs



stros fastigiato, paulatim rubescēs dehiscit, ac sese pandit  
 in calicis medio sui stantis complexa luteos apices. Est &  
 hydria uas aquarium. Plutarchus in Mario, οἱ μὲν ἀφίνας,  
 οἱ δὲ πελέκεις γῆνοι δὲ κὶ ξίφη κὶ λόγχαι ἅμα ταῖς ὑδρίαις ἀνα  
 λαβόντες ὡς καὶ δὲ μάχης ὑδρευόμενοι. Utebantur & hy  
 dria ad ferēda suffragia, eodem Plutarcho authore in Ti  
 berio, his uerbis, καὶ τῶν δὴ μὲν αὐτῶν καλοῦντο ὡδὶ τῶν ψῆ  
 φων, ἠετιὰ δὲ καὶ τῶν πλοσίων ὑδρία. Erat et calpis qua  
 uterentur uase aquario. Herodianus in v. I. ubi de Rheno  
 & Histro loquitur, ἀλλὰ κὶ σὺν ἀρῆσιν ἀδου δέλοντας μὴ κάλι  
 πεις ἐπὶ αὐτῶν μὴ δὲ κοίλα σκόνης φόρειν, πελέκεις δὲ καὶ δίκλι  
 λας, ἵνα ἐκκῶσαντες γυμνόντε σκόνης ἀφάμνοι τὸ ὑδρω φέρω  
 σιν ὡσπερ λίθου. utebantur etiamnum ὑδρία ad colligen  
 dos continendosq; mortuorū cineres, quam & calpin uo  
 casse uidetur Plutarchus in Marcello.

In eadem l. s. Vnguentis legatis. Quando hic. s. scater  
 mendis, sic lector optime me authore, ac potius consul  
 tore, leges, ac emendabis. Vnguentis legatis, non tan  
 tum ea legata uidentur, quibus unguimur uoluptatis cau  
 sa, sed & ualitudinis: qualia sunt comagena, gleucina, iri  
 na, rhodina. E myrrha quoq; tum nardinū purum. Hac te  
 nus Iureconsultus. Comagenū unguentū quod κομμαλι  
 νόν uocat Galenus in tertio ὑγιεινῶν: à Comagene Syriæ  
 parte dictū, authore Plin. ubi de anseribus. Aliud, inquit,  
 reperit Syriæ pars, quæ Comagene uocat, adipē eorū in  
 uase greo, cū cinnamo, niue multa obrutū, ac rigore geli  
 do maceratū, ad usum preclari medicaminis quod ab gē  
 te dicit comagenū. Hęc Plin. Quod aut sequit, gleucinū, i  
 rinū, &c. De gleucini, irini, nardini, rhodini, et aliorū un  
 guentorū cōfectione, uide apud Dioscor. Neq; enim illa  
 hic transcribere est animus: quin potius cum Plinio con  
 queri unguentorū luxum ē cunctis maxime superuacū,  
 Margar

Margaritæ enim gemmæq; ad hæredem tamen transeûs, uestes prolongant tempus: unguenta illico expirant, ac suis moriuntur horis. Summa commendatio eorum, ut transeuntem fœminam odor inuitet, etiã aliud agentem, exceduntq; quadragenos denarios libræ. Tanti emitur uoluptas aliena: etenim odorem qui gerit, ipse nõ sentit. Sed tamen & hæc aliqua differentia signanda sunt. In Marci Ciceronis monumentis inuenitur ungueta gratiora esse, quæ ceram, quam quæ crocũ sapiant. Sic enim legendum, non terram, ut passim scriptum est in uulgatis codicibus. Verba autẽ M. Tullij ea sunt in tertio de Oratore, ubi ait, Licet hoc uidere in reliquis sensibus, unguentis minus diu nos delectari, summa & acerrima suauitate conditis, quàm his moderatis: & magis laudari quod ceram, quàm quod crocum olere uideatur. Hactenus Tullius. Unguentis cognomina dedere alijs patriæ, ut Comagenum, Mendesium: alijs succi, ut irinum, rhodium, crocinum, amaracinum, melinum, quod & Cyprinum dicebatur, quia fiebat in Cypro. Panathenaicum suum Athenæ perseveranter retinere. Melinum fit è malis cotoneis. Singuli quoq; succi nobilia unguenta faciunt, in primis malobathrum, cuius mentio apud Iureconsultos in l. In terdum. §. Species pertinentes ad uectigal, in tractatu De publica. & uectigal. Iris Illyrica herba est, à qua irinum unguentum dictum. Nardinum, siue foliatum, constat omphacino, balanino, iunco, costo, nardo, amomo, myrrha, balsamo. Omnia autem acutiora sunt, costo, amomo, quæ maxime nares feriunt. Hæc ex Plinio auctore, quandoquidẽ ea facere duximus ad istorum uocabulorũ intellectũ. Ex samfucio fit oleum quod samfucinum uocatur aut amaracinum. Plinius libro uigesimo primo capite uigesimo secundo. Quod si tibi non est graue & nimis mor-



mis molestum candidè lector, infundam & nonnihil edy-  
smatis in hunc libellum ex Athenæi myrothecio, qui ubi  
de Ptolemæi Philadelphi pompa tractat, sic ait, *πάντα δὲ  
ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἡμερῶν ἐν τῷ γυμνασίῳ πάντες ἐκ χρυσῶν ὀλκεί-  
ων ἠλείφοντο προκίνω μύρω, ἢ δὲ ταῦτα πάντα καὶ κινναμομίνω  
τῶ ἰσῆ καὶ καρδίνω, πᾶσα πλοσίως δὲ καὶ τοῖς ἕξ ἡμερῶν εἰς σπ-  
φρόντο τέλινον, ἀμαράλινον, ἴεινον, πάντ' ἀσφρόντοτα ταῖς  
θωαδαῖς. Quo loco apud Athenæum legendum putavi  
ἴεινον, non autem εἴεινον, ut in uulgatis. Quid si quis le-  
gat λέεινον, cuius meminît Dioscorides & Plinius capite  
quinto, libro uigesimo primo. Quod uero τέλινον dixit  
Athenæus, hoc ipsum fit ex oleo recenti, cypro, calamo,  
meliloto, scœnogræco, melle, & quibusdam alijs. ut docet  
Plinius, uir omnium rerum curiosus. Alteram tamen *πι-  
λίνω* compositionem docet Dioscorides. Solebāt anti-  
qui non solum in conuiujs unguentis uti, quod docet  
Martialis in tertio,*

Unguentum fateor bonum dedisti

Conuiujs here, sed nihil scidisti:

Res salsa est bene olere & esurire.

Qui non cœnat & ungitur Fabulle,

Hic uero mihi mortuus uidetur.

Ludit in illum qui unguentum dederat, atq; id ipsum  
bonum, nihil uero, aut certe paucula quædam ad epulan-  
dum appararat. Non solum igitur in conuiujs ungeban-  
tur, sed etiam in spectaculis, quod docet Athenæus in pri-  
mo, ubi de Antiocho, quem inquit omnes ferè Græcos  
conuocasse ad spectaculum, quos omnes *ἐκ χρυσῶν ὀλ-  
κείων ἠλείφε προκίνω μύρω καὶ κινναμομίνω καὶ καρδίνω καὶ κει-  
ρίνω*. Quo in loco haud scio, an legendum sit *ισίνω* uel *λε-  
είνω*, ex Dioscoride, qui tamen etiā *κρινίνω* meminît. Cro-  
cum aut̄ collyrio unī nomen *ἰ*dedit, ex eoq; expresso un-

M guento

guento crocino, quod crocomagma appellant. author Plinius uigefimoprīmo. Plutarchus in Bruto, καὶ τῶν ταξιαρχῶν τινὸς ἀπὸ αὐτομάτου τῶν Βραχίωνα μύρον ῥόδινου ἐξ αὐθείης, καὶ πολλάκις ἐξαλείφοντας καὶ ἀκρμάθοντας μύρον πρόβραινεν.

In lege, Argumento sunt. Sed stragulas & bubolonias, quæ equis insterni solent. Sunt qui mihi dixerint, hoc in loco legendum, bubalinas, ut subintelligatur pelles, non uocant, è quorum pellibus fiebant stragulae ad eos quos. Ego uero puto legendum Babylonicas, ut sit Iureconsulti mens, quam iam subiicio: tamen si uestes Babylonicae, uestimentorum appellatione contineantur: tamen stragulae Babylonicae quæ equis insterni solent, non ueniunt appellatione uestis: quâdoquidē in aliū usum paratae uidentur. Babyloniarum meminit Iureconsul, in l. Interdum. Species ad uectigal pertinentes, infra de publicanis. Colores diuersos picturae intexere, Babylon maxime celebrabit, & inde nomē Babylonicae imposuit, à doctissimis usurpatum, non solū Latinis, ut apud Plin. & hic, sed etiā à Græcis, Plutarch. in M. Catone refert illū, cum ex hereditate Babylonica stragulum ei obuenisset, statim uendisse, ἐπιβλημα δὲ τῶν ποικίλων βαβυλωνίων ἐκ κληρονομίας κτισάμενον ἐβλήθη ἀρδύσαι. In eadē, Alia causa est odonū, nequiuertit: legendū em̄ est œdorū, nō odonū, è quorū œdorū pellibus fiebāt calciamēta, ut ex antiquis marmoribus Romę coniecimus. Neq; uero postulo, lector optime, ut mihi fidē habeas, nisi id ita esse cōuicero, ex festiuissimo poeta Martiale xli, ad Phœbum. Versiculos autē ipsos Martialis adscribā, simul ut & rideas non solū Phœbū, sed & Accursiū, si ita tibi uidebitur. Simul uero etiā ut hanc nostram



nostram coniecturam non absimilem uero cognoscas,

Oedina tibi pelle contegenti

Nudæ tempora uerticemq; caluæ,

Festiuæ tibi Phœbe dixit ille,

Qui dixit caput esse calciatum.

Festiuæ aut dixit, propterea quod Romani tēporib. illis in calciamenti uterent pellibus œdiniis: & sane facilis fuit lapsus œdonum ad œdorum, sola r litera in n mutata.


In eadē, Vasa unguētaria, & siqua similia dici possunt, ueluti labacioristus. In antiquo codice ipsi legimus lauatio riscus. Tullius epist. I X. ad Varronē, Ut lauatio parata sit. Lauatio enim pro uase posuisse uidetur. In alijs, alabacoristus, quo fit ut in animū inducā, fortasse legendum alabaster: est enim uas unguentarium, ut docet Iulius Polux in sexto his uerbis, τὰ δὲ ἀγγεία τῶν μύρων, λίλυθ & μύρηρα, καὶ ἀλάβαστρον. ὀλκειοι etiam adscribit Athenæus in locis à nobis citatis, supra ubi de unguentis. Recensentur etiamnum inter unguentaria uasa, pyxides, & ampullæ, quarum mentio apud Martialem in tertio,

Et cosmianis ipse fusus ampullis.

Quarum formam intelligere est ex Plinio in fine quartæ epist. Aut decessit expulsus, quod in ampullis cæterisq; generis eiusdem uidemus accidere, quibus non hians, nec statim patens exitus. Recensetur etiam onyx. Mart. in XI.

Profertur Cosmi nunc mihi siccus onyx. Plutarchus in Aristide, κρωσσὸς νεανίσχοι κομίζοντες ἐλθόντες. Hoc est, olei quoq; ac unguenti crossos liberi adolescentes deserunt. In Alexandro recenset uasa quædam unguētaria, his uerbis, ὡς δὲ εἶδε μὲν ὀλκεία καὶ κρωσσὸς ἢ πυνέλιος καὶ ἀλάβαστρον πάντα χερσὶ ἢ σκευὴν ἀποδιδόντες, ὡς δὲ αἰδοίη δὲ θεῶν οἶον ὑπὸ ἀρωμάτων καὶ μύρων ὁ οἶκος.

Fortassis hæc erit ampullæ forma, quæ ut uides, amphotis etiã dici potest, quod utring; ansata sit: cuius uasis efformandi rationẽ lineis circumscripam uides





Anademata. Alciatus uir eximiae eruditionis cēfuit legendū ἀναδήματα. Ego uero, quod pace tanti uiri dixerim, puto legendū, ut uulgo scriptū est, ἀναδήματα, anademata scilicet. Siquidē Iulius Pollux in VII. ἀναδήματα inter ornāmēta ac mundum muliebrē adscribit his uerbis, καὶ σφόδρον καὶ ὀπισθοσφραδύνω, πᾶς ἀρισφάνη, καὶ σφραδύνω καὶ ἑκαλεῖτο καὶ ἀναδήματα καὶ κάλαμοι.

In eadem l. Quamuis. De mitra diximus in libello de re uestiaria, etiamsi mitræ uestis appellatione non ueniant, ut inquit Paulus hic. Vlpianus uero in l. Vestis, mitras, & semimitras inter uestimenta annumerat, quare periculum fortasse subest antinomiae: nisi si quis dicat Vlpianum de illis mitris sentire, quæ magis capitū tegendū, quàm ornandū causa comparatæ sunt: Paulum uero de his, quæ magis ornatus gratia gestantur, quàm ut caput tegant.

In §. Si autem. quod eius aliqua forma est expressum. Eius scilicet testatoris existens, inquit Accursius: in quo fallitur, nec Latinae locutionis elegantiam percepisse uideatur. Intelligendum enim argento signato uel auro legato patremf. id legasse, quod eius auri scilicet, uel argenti, uel id aurum legatum, quod aurum aliqua forma est expressum. Simili loquendi formula usus est Marcus Tullius, tum alibi non semel, tum Officiorum primo. Ex cæteris similibus facile iudicamus, quid apte eorū fiat, quid ab officio naturaq; discrepet. Cum autem subdit Iureconsultus, ueluti qui Philippi sunt, & appellatur stateres Philippi; quemadmodum & Darici & Alexandrei, à Philippo, Darío & Alexandro. Iulius Pollux in nono, καὶ οἱ μὲν Δαρειοὶ ἑκαδουῖς ἐστὶν ἑστέρας, οἱ δὲ Φιλιππιοὶ, οἱ δὲ ἀλεξάνδρειοι χυβοὶ πάντες ὄντες. De quibus copiose simul & erudite G. Budęus in libris de Assē & partibus eius, quibus sane

pereleganter rem nummariam temporis iniuria sic iactatam, ut nemo scire, aut certe Latine enuntiare posset quid haberet, suo ut dicitur Marte, nullis adminiculis constituit: quo sanè nomine, illi potius quam olim Gratidiano statuæ omnibus uicis statuendæ sunt, & ad eas thus & cerei. Scaphia, Scaphijs igitur argenteis antiqui utebantur, ut & hodie uiri Galliarum primarij: quin & aureis uasis uentris onus excipiebant; inde iocus Martialis in Bassam,

Ventris onus misero, nec te pudet, excipis auro,

Bassa bibis uitro.

Heliogabalus onus uentris auro excepit, in murrhinis & onychijs minxit, authore Lampridio. Solijs quoque argenteis Romanæ fœminæ in balneis utebantur. Et hoc est quod ait Plinius libro trigesimo tertio, Argento fœminæ lauentur, & nisi argentea solia fastidiant, eademq; materia & cibus & probris feruiatur. Videtur & à Græcis mutuo sumptum scaphium. *σκάθιον* enim dicunt, authore Iulio Polluce in decimo, ubi agit de necessarijs ad secessum, & mulierum erat, quemadmodum lasana & *αυῖς* uirorū erat, & *σέλυον*, quā nos urinal, *σφραγίσθρον* uocat Iulius Pollux. Matella uirorū erat, cuius meminit Martialis in disticho cui lemma matella fictilis, & illo uersiculo,

Dispeream si tu Pyladi præstare matellam

Dignus es Et in duodecimo,

Matella curto rupta latere meiebat.

Quod autem scaphium mulierum fuisse diximus, Plutarchus in Arato, scaphium athletarum fuisse uidetur asseuerare, quod & conijcere est e Iuuenale in VI. Et ride scaphium positis cum sumitur armis. Scaphidas inter curularia uasa annumerat Anaxippus apud Athenæum in quarto. Idem Athenæus in quarto, scaphium inter uasa uel por-



uel potoria uel escaria adscribit, nisi me fallit memoria.  
Matellam autem crepitu digitorum poscebant ueteres.

Inde ortus iocus Martialis in Panaretum,  
Cum peteret seram media iam nocte matellam

Arguto madidus pollice Panaretus,  
Spoletina data est: sed quam siccauerat ipse:

Nec fuerat soli tanta lagenæ fatis,  
Ille fide summa testæ sua uina remensus,

Reddidit œnophori pondera plena sui.  
Miraris quantum biberat cepisse lagenam:

Desine mirari Ruffe, merum biberat.

Quibus sane uersiculis adducor, ut credam eandem fere  
fuisse formam matellæ, quæ lagenæ erat. Est autem la-  
gena uas uinarium, quam Martialis hic œnophorum  
uocat, quorum utrunque Græcum est. Laguncula per  
diminutionem usus est Plinius Iunior in epistolarum pri-  
mo. Id in præsentia non omiserim, quod apud Plinium  
decimosexto, capite tricesimo primo legimus, quando  
memorable uisum est, lagenas fieri è radicum filis tum  
fici tum etiam syluestrium. Verba Plinij sic habent, E  
quibus montani prætenuia fila decerpentes, spectabiles  
lagenas & alia uasa nectunt. Matellionis quoque uasis  
meminit Tullius in libello *Ἐπίδημα* inscripto, Quid enim  
censes, si L. Mummius aliquem istorum uideret, cum ip-  
sellionem Corinthium cupidissime tractantem, cum ip-  
se totam Corinthum contempisset, utrum illum ciuem  
excellenter, an atriensem seruum diligentem putaret? Ma-  
tellionem Corinthium dixit Tullius ære Corinthio fa-  
ctum. Quod es, ex s. c. deleta à L. Mummius Corintho, fa-  
ctum & conflatum est. Nam eris notam pretiosiorē ipsa opu-  
lentissimæ urbis fecit iniuria; quia incendio perustis pluri-  
mis statuis atque simulacris, ætis, auri, argentiq; uenæ in  
commu-

commune fluxere. Signa quoq; fictorum nobilium Corinthia appellabant antiqui. Fuit etiamnum antiquissima gloria aeris Deliaci, mercatus in Delo cōcelebrāte toto orbe: ex quo fiebant & uasa, Deliaea dicta. Tullius pro Sexto Amerino, Domus referta uasis Corinthijs & Deliacis: in quibus est authepsa illa, quā tanto pretio nuper mercatus est, ut qui prātereūtes pretiū enumerare audiebāt, fundū uenire arbitrantur. Inde Deliaea supellex à Cicerone dicta, in qua erāt triclinia & lecti, cum pedibus & fulcris ex aere Deliaeo factis. Cicero in quarta in Verrem, Dico te maximum pondus auri, argenti, eboris, purpurae: plurimam uestem Melitensem, plurimam stragulam, multam Deliaeam supellectilē, plurima uasa Corinthia, magnum numerū frumenti, uim mellis maximā Syraculis exportasse. Haecenus Tullius: Quoniam uero in Corinthiorum & Verris mentionē incidimus, illud haud a prosdionysum in praesentia, ut mihi persuadeo, adiiciā: fuisse scilicet traditū, Verrē quē Cicero damnauerat, nō alia de causa proscriptum fuisse ab Antonio, quā quod Corinthijs se ei cessurum negauisset. Strabo in octauo, aliorum Corinthiorū meminisse uidetur, ubi de Corintho restituta à Diuo Caesare, mentionem facit, missisq; ab eo libertini generis incolis, qui τὰ ὀρίπεια κινουῦντες καὶ αὐτὰ τάφους σωμασκαπῆντες εὐεισὸν ὄρακίνων προδουμάτων πλῆθι, πολλὰ δὲ καὶ χαλκώματα, θαυμάζοντες δὲ τὰ κατὰ σκευῶν ὀρίπεια τάφους ἀσκευώρητον εἶσθαι, ὡς τε ὑπορήσωτες τῶν πρὸ τῶν καὶ διατιθέμενοι πολλῶν νεκροκενθίων ἐπλήρωσαν τῶν ῥώμιων. ἔτι γὰρ ἐκάλειν τὰ ἐκ τῶν τάφων ληφθέντα. Ea sane quae uasa coriuthia diximus, χαλκώματα κρεινθισγγῆ appellare uidetur.



Vasis aenci Corinthiaci cœlati forma ex antiquis monumentis



N.

In I. Cum in testamento, An et si eas mensas argenteas, Antonius Helio gabalus primus mensas & captas argenteas habuit, primus etiam & caccabos argenteos, si Aelio Lampridio credimus, quos tamen intelligo privato usui habuisse. Nam publico Romæ fuisse antea, constat ex Plutarcho in uitis in hæc uerba, *ὁμοίως δὲ τῷ βασιλεὺς τῶν Ἰβήρων κλίνωτε καὶ τραπέζων καὶ θερόνων ἅπαντα χρυσῶν ἔσταντο αὐτῷ καὶ δευθόντων λαβεῖν, καὶ ταῦτα ποῖς ταμίαις πρὸς δῶκεν εἰς τὸ δημόσιον.* Est autem mensa escaria à cibo cibila dicta, eodem authore M. Varrone. Mensa uero uinaria cylibantum dicebatur à poculo cylice calice dicta, eodem authore. Mensas dicimus primas, secundas, & tertias, inquit Iulius Pollux. Mensas quoque uocabant cibos mensis impositos, *τραπέζας δὲ ἐκάλουν καὶ τὰ σπία τὰ ἐπὶ αὐτῶν πιπέμνα.* Iulius, Et hoc est quod inquit Athenæus in II. *πάντων τραπέζας καλόντων τὰς πρῶθεις τῶντα.* Et sic accipiendū puto, quod Martialis, Explicat & cœnas unica mensa duas. Mensæ porro dicebantur illæ, quæ auferuntur, quas & magidas dixerunt, *αἱ δὲ ἐπὶ πηλιδναί, καὶ αἰρόμειναι τραπέζαι ἅς νῦν μαγίδας καλοῦν.* Quos enim discos uocant, Pollux censet eos *κύκλος ἀργυρῶς* orbes argenteos, ἢ *χρυσάματα ἀργυρᾶ*, ἢ *πίνακας* appellandos in sexto. Mensæ autem secundæ erant, quibus bellaria, tragemata, & cætera id genus dulcía, quæ & dulciaria sunt, apponebantur, à Græcis *δευτέραι τραπέζαι* dicuntur. Dicaarchus apud Athenæum libro decimoquarto, ἢ *γὰρ πλὴν πολλῶν διαπάντων ἐν ποῖς δεῖπνοῖς πρὸς ἕχθε δευτέραι τραπέζαι πρὸς πρῶται, καὶ σέφανοι καὶ μύρα καὶ θυμιάματα καὶ τὰ τῶν ποῖς ἀκόλθετα πάντα.* Quibus secundis mensis non solum apponebantur tragemata, quæ Græcorum antiqui uocant *πρωγάλια* & *μεταδὲς* πια: sed & oua, & lepores, & turdi, cum dulciarijs omnibus, si Athenæo fides habenda est. Quæ



est. Quare cum Cornelius Celsus dicat secundam mensam bono stomacho nihil nocere, imbecillo coacescere, accipiendum puto, secundam mensam pro conditis, & cæteris id genus bellarijs, cuiusmodi sunt ea, quæ recensentur à Iureconsultis l. fi. §. Dulcia, in tractatu De uino, tritico, & oleo legato. Dicebantur denique mensæ, quibus reponerentur uasa escaria & fercula, quas sic obsonijs onustas, conuiujs apponebāt duo serui. Neque enim singuli serui singula fercula ferebant, ut hodie facitare solemus, sed mensam ferculis onustam adferebant, atque adeo accumbentibus conuiujs apponebant, mediam inter duos ut conijcere est ex Luciano in dialogo, qui ὄνειδος ἢ ἀλεκτροῦν inscribitur, in hæc uerba, εἶτα μηδενὸς ἀνεχόμενος πλησίον κειταί. Quare non ab re conqueritur Martialis de Annio, qui ut lautior uideretur, ministrantes seruos habebat, qui singula gestarent fercula. Verba autem Martialis. sunt lib. VI.

Cum mensas habeat fere ducentas,

Pro mensis habet Annius ministros.

Transcurrunt gabatæ uolantque lances:

Has uobis epulas habete lautæ.

Nos offendimur ambulante cœna.

Quem morem etiam antiquum fuisse conijcio ex uersiculis citatis ab Athenæo in nono,

ὡς εἶδε τῶν τραπέζων ἀνθρώπων δ' ὄνο

φορόντας εἶσω, ποικίλων πρὸ ψίδων

κόσμος βρῦντα

Quos uersiculos supra citauimus. Quod uero multis mensis uterent, docet Plutarc. in Lucullo, ἐπεὶ δὲ μόνος δειπνῶν

τὸ αὐτὸ μᾶλλον τραπέζα καὶ μέτριον πρὸς κελεύαδι δειπνῶν, ἢ γὰρ

νάκτα κατέσας τὸν ὕπνόν τε τῶν τετραγώνων, οἰκέτω. τὸ δὲ φήσαν

τὸ, ὡς ἐκ ὧσδε μηδενὸς πρὸς κελημένον πολυτελὲς πινὸς αὐτοῦ

δείπασαδὲ, τὴν λέγεις εἰπῶν, ἐκ ἧσδε δὲ σήμερον πρὸς ἀλακκῶν δειπνῶν

λυκαλθ; Multis uero mensis usos antiquos, docet apertius idē Plutarchus in Pelopida, καὶ φερόμενοι εἶναι τῶν πρώτων περὶ αὐτῶν ὑπὸ τῶν ἀρχαίων καὶ Ἐπιππορ ἐφάνησαν οἰκῶν ἡσσαν. Coniicio etiam ex eodem Plutarcho in Numa, λέγεται γὰρ ποτὲ καλεῖσθαι αὐτὸν τὴν τράπεζαν ἐκ ὀλίγου τῆν πολιτικῶν, σκόδιον τε φαῦλα καὶ δειπνον ὑπελὲς πάντων πεθερῶν καὶ δημοτικῶν ἀφραδύνων ἢ σιφωνείων, ἐμβαλὼν λόγον ὡς ἡ θεὸς ἢ σωεσι ἢ καὶ πρὸς αὐτὸν, ἀφνίδιον ἐπέσχεε τόν τε οἶκον ἐκπωμάτων πλήρη πολλὰ τελευτῶν, καὶ τὰς τραπέζας ὄψων παντοδαπῶν καὶ πρᾶσκόδιον διαφιλῶς γυμνάσας. Istis autem mensis primum quadratis, mox rotundis usi sunt, Author Varro. & ob id orbes dicuntur à Martiale in nono,

Ut Mauri Lybicis centum stent dentibus orbes. Orbes Mauri dicuntur mensæ citræ, circulari formæ à Mauritania aduectæ ut docet Plinius libro decimo tertio, capite decimo quinto, his uerbis, Confines ei Mauri, qui bus plurima arbor cedri, & mensarum insania, quas fœminæ uiris contra margaritas regerunt, fiebāt & ex acre, quæ ob id acernæ dicuntur. Horatius Serm. secundo,

His ubi sublati puer alte cinctus acernam  
 Gausape purpureo mensam perterisit.

Quæ mensæ ornabant coronis aureis uel argenteis gemmis distinctis. Quarū coronarū meminuit Pomponius in l. Et si non ut clauis. Perueniamus, isto titulo. Mensæ quorū que citræ meminuit Tullius in Verrē his uerbis, Tu maximam & pulcherrimam mensam citream à Q. Luctatio Diodoro, qui Q. Catuli beneficio à L. Sylla ciuis Romanus factus est, omnibus sciētibus Lilybei abstulisti. et Paulus iureconsultus in l. Si sterilis supra De act. empti. Quid uero in causa fuerit, ut antiqui mēsas circulari forma compararint, docet Athen. in XI. διὸ τὴν τράπεζαν κυκλικῶς εἶναι καὶ πρᾶσκόδιον αὐτῶν οἱ παλαιοὶ, καὶ τὰ πρὸς τὴν ἰσορροπία τῶν πρώτων εἶναι



ἡ ἀπὸ φώλων τοῖς ἀνδρώποισι περὶ θόρον τοῦ κόσμου ἐστὶ σφαιροειδῆς, λαμβάνοντες ἐκ τε τοῦ ἡλίου καὶ τῆς σελήνης χήματ' ὅτι φάρος τῆς φαντασίας. Græci mensam, τραπέζαν dicunt, inde trapezophora dicta ea quæ mensam sustinent. Tullius epistolarum familiarium VII. Quod tibi destinaras trapezophoron, si te delectat, habebis; sin autem sententiam mutasti, ego habeo. Quæ repositoria ex Plinio supra diximus; & sic legendum puto in. l. iij. supra de supel. leg. Α τραπέζα dicitur & τραπεζονόμος, quem Latini structorem dicunt. Martialis in decimo:

Et quæ non egeant ferro structoris ofellæ.

Græci quoque ἐκτραπέζωματα uocant obsonia mensis imposita. Qui uero iis comparandis præerat, dicebatur obsonator: ut est apud Marcellum in. l. legatis seruis, supra de legatis tertio. Græci illum ἀγοραστήν uocant, eodē autem Atheneo. Quin & obsonator Græcum uocabulum uideri potest, quasi ὄψος ὀνήτωρ, qui & ὄψωνος dicitur.

ὄψων enim dicitur, omne quod igne paratur ad epulandum. ὄψωνον δὲ, inquit Athenæus, ὅτι ὄψων λυεῖται καλεῖται παῦρον τὸ πνεῦμα καὶ ἀποκαταλύεται εἰς ἐδάδιον. Mensæ interdum uno tantum pede sustinebantur, quæ dicebantur monopodia. Plinius libro trigesimo quarto, Nam triclinia arata, abacosque & monopodia Cneium Manlium Asia deuicta primum inuexisse triumpho suo. Quorum mentio est in. l. in rem actio, supra de rei uendicatione. Neque uero mensa bipede utebantur, etiam si apud Martialem dicatur.

Martialis in duodecimo,

Ibat tripes grabatus & bipes mensa,

Et cum lucerna corneoque cratere, &c.

At uero tribus pedibus sustinebatur, & dicebatur mensa tripes. Horatius Sermonum primo,

Modo sit mihi mensa tripes, & Concha falis puri.

Vide Plinium in tertio Epistolarum. Non alienum h<sup>ic</sup> fore arbitror, si ex antiquorū authorum obseruatione, aperuerim morē in accubatione epulari Romanorum maioribus usurpatum: qui hora ferē nona, hoc est tertia uel quarta à meridie, ut nunc computamus, cœnabant: quod uel Martialis uersiculo probatur in quarto, cum ait, Imperat extractos frangere nona toros. Toris enim recumbebant, quini interdū in lectis, sæpe plures: *μακρῶ δέ μ' ὕπῃοι καὶ τεκέμενοι*, Vt inquit Lucianus in conuiuio Lapitharum. Tullius in Pisonem, Græci stipati, quini in lectiulis, sæpe plures: ipse solus bibiturus quæ eodem de folio ministrantur. Neq; enim sedebāt, sed accumbebant: & ideo Cato post prælij Pharsalici offensionem, hoc inter cætera sibi luctus imperauit, ut nūquam post illa cœnādo recumberet, sed solum sederet. Plutarchus in Catone, *ἐδ' εἰπνὴ δὲ καθήμενος ἀφ' ἧς ἡμέρας πῶν καὶ φασγέλου ἐγνω ἦσαν, καὶ τῶν τῶν λοιπῶν πρὸς εὐδαιμονίαν τῶν φίλων, ὅ μιν καὶ τακλιθῆναι πλὴν καθέδρων*. Græci *τρικλίνιον* uocant. Plutarchus in Agide & Cleomene, *τῶν δὲ δειπνων αὐτῶ τὸ μὴ καθήμερον ἢ τὸν τρικλίνιον σφόδρα σωμαλμῆρον καὶ λακωνικόν. εἰ δὲ πρὸς βίην ἢ ξένους δ' ἐχοῖτο, δύο μὲν ἄλλαι πρὸς αὐτὸν βολῶντο κλίναι*. Qui lecti dicebantur, & lecti triclinares dicuntur ab Aelio Lampridio ad differentiam cubicularium. Triclinaia autem dicebantur à tribus lectis, & sic intelligo quod scriptum est à Iuuenale in quinta, Tertia ne uacuo cessaret culcitra lecto.

Et ne toralia (Sic enim uocant lecti stragulas) pedibus fœdarent, soleas deponebant, cœnabantq; excalceati: & sic accipiendum puto quæ scripta sunt à Martiale in quinto:

Deposui soleas, affertur protinus ingens  
Inter lactucas oxygarumq; liber.



Inde eiusdem poetæ iocus in Cottam, qui soleas amisit,  
 pueri negligentia, dum cœnaret:

Bis Cotta soleas perdidisse se questus,  
 Dum negligentem ducit ad pedes uernam.

Seruorum enim ministerio utebantur ad sumendas &  
 deponendas soleas. Martialis in disticho, cui Lemma:  
 Soleæ lanatæ,

Defuerit si fortè puer, soleasq; libebit  
 Sumere, pro puero proderit ipse sibi.

Habebant & puluinos, quibus hinc inde sese fulcirent;  
 & etiam ceruicalia ad ceruicem. Martialis in tertio,

Cubitis trudit hinc & inde conuiuas,  
 Effultus ostro sericisq; puluinis.

Philarchus apud Athenæum in quarto, ubi de Lacedæ

moniis, ἢ πάλιν αὖτις σρωμένα τε τῶν μεγέθεισι ὄπως ἐξήσκη  
 μῖται πολυτελῶς, καὶ τῆ ποιικιλίᾳ διαφόρως ὡς τε τῶ ξύνων γνῖς

τῶ ἀεληθῶντων ὀκνῆν τῶ ἀρῶνα ἕθῃ τὰ προσηφώλαια ἐφεί-  
 σθη. Quos tamen puluinos, ut mihi quidem uidetur,

Aelius Lampridius subalares culcitrans uocat in Helio-  
 gabalo, quibus ita, ut diximus, recumbentibus, mensæ

cum ferculis per unum & alterum seruum apponeban-  
 tur, collocabanturque in repositoriis ad hoc paratis,

quæ & trapezophora dicuntur, nisi fallimur. Cibum  
 autem incipiebant à lactucis & oxygario, ut uersiculo

suprà citato probatur, & in disticho,  
 Claudere quæ cœnas lactuca solebat auorum,

Dic mihi cur nostras inchoat illa dapes;  
 Cœnam uero claudebant bellaria & dulcía.

Illi uero lecti triclinares dicti, nonnunquam facti erant  
 ad effigiem ligeræ Græcæ quæ sigma dicitur, ista C  
 puto figura, & ita inter unum & alterum conuiuã men-  
 sa collocata; & ob id fortasse messa dicta Marco Var-

rone, hoc est quod ait Martialis in decimo,  
Septem sigma capit, sex sumus, adde Lupum.

Illud etiam non est omittendū, mēsas antiquorum (de Romanis loquor, quorum extant monumenta literarum) nō fuisse mappis opertas. Siquidem pro se quisq; conuiuia mappam secum ad cōiuuium adferebat: quōd ipsum ita esse conuincitur ex eodem Martiale in XII. Attulerat mappam nemo, dum furta timentur:

Mantile è mensa sustulit Hermogenes.

Quod uero mēsas opertas non ponerent, ait Martialis in undecimo, qui id ridiculum putat.

Mēsas Ole bonas ponis, sed ponis opertas:

Ridiculum est: possum sic ego habere bonas.

Mantilibus autem utebantur ad manus abstergendas post lotionem. At uero lectorum fulcra à lautioribus uestiebātur testudinum laminis, cuius rei luxum taxat Iuuenalis in undecimo,

Nemo inter curas & serua duxit habendum

Qualis in oceani fluctu testudo nataret

Clarum Troiugenis factura ac nobile fulcrum.

Quorum etiam meminit Iureconsultus in l. Labeo, in tractatu De supellectili legata, & in l. Haeres ad finem, supra De legatis tertio. Meminit & Martialis in XII. Gemmanes prima fulgent testudine lecti,

Et Maurusiaci pondera rara citri:

Argentum atq; aurum non simplex delphica portat.

Stant pueri, dominos quos precer esse meos.

Testudinum putamina secare in laminas, lectosq; & repositoria iis uestire, Carbilus Pollio instituit, prodigi & sagacis ad luxuriæ instrumenta ingenii. Author Plinius in nono. Plutarchus in eo libro qui ἀλλοτρίων ἡμετέρας ἰνσκριβιται, quarit quid nam in causa fuerit, quod Romani



mani non sinerent mensam auferri uacuum, his uerbis,  
 ὅτι τὴν τράπεζαν ὑπὲρ εἰωὸν ἀνῆρέσθαι κενόν, ἀλλὰ παντὸς πινὸς  
 ἐπόντου; πότρου ἀνιτήμονοι τὸ δαίμα ἀείπῃ τῷ πῶντῳ εἰς τὸ  
 μέλλον ὑπολιπείν, καὶ τῷ αὐτοῦ ἐν τῇ σίμυδι μνημονόειν, ἢ νο  
 μίζοντῶν ἀσέου εἶναι, τὸ συσίλειν καὶ ἀνέχειν τὴν ὄρεξιν ἐπὶ πᾶσι  
 οἰσὶν ἀκρίτως; Hic autem non absurdum fuerit non  
 nihil ex eodem Plutarcho de conuiuiorum apparatu  
 & magnificentia referre. Crassus igitur ἠρακλεῖ μεγάλῳ  
 θυσιῶν ποιησάμεν, ἐστίασε τὸν δῆμον ἀπὸ μυλίων τραπεζῶν,  
 καὶ σίτου ἐμέτρησεν εἰς τρίμυλον. Caesar autem τὸν δῆμον ἀνε  
 λάμβανον ἐστίασε καὶ θείας, ἐστίας μὲν ἐν δισμυλείοις καὶ δι  
 μιλλίοις τρίμυλοις ὁμοῦ σύμπαντας. Quod si in triclinio col  
 locati sunt septē, ut admitterent solū ἢ quorū capita cen  
 sebantur, inuenitur numerus is ciuū qui recenset à Plu  
 tarcho xv. myriades scilicet, ἐξῆταδεῖσαι γὰρ αἱ πᾶσαι  
 πέντε καὶ δέκα μυριάσθαι. Si quis enim numerum 150. di  
 uidat per numerum 22. mille, uel numerum 22. mille mul  
 tiplicet per 7. resultabit numerus plus minus 150. mille.

In I. Scia dulcissimæ, scyphi, modioli. Scyphum quem  
 scypphum nonnulli scribunt, Greci σκύφον dicunt, & σκύπι  
 φον, ut docet Athenæus in undecimo. Est autē uasculum  
 potorium, ut cuiq; notum est. Plutarchus tamen in Anto  
 nio in ipso statim principio, scyphū posuisse uidetur pro  
 eo uase, quod bassin dicimus. ἐπεὶ τις ἀτίκειτο τῷ σκίφῳ  
 θωγὸν πρὸς αὐτὸν ἀργυρεὶς δόμῳ, ἀργυρεῖον μὲν ἔκ ἐχρον. παιδα  
 εἶα δὲ εἰς ἀργυρεὸν σκύφον ὑδωρ ἐμβαλλόντι κομίσαι, καὶ κομί  
 σαντῶν ὡς ξύραδὸς μέλλον κατέβρεχε τὰ γῆρα. τῷ δὲ παιδαριῶ  
 καὶ ἐτόρυν πρόσφατον ἐκποδῶν γηρομύς, τὸν μὲν σκύφον ἔδωκε  
 τῷ φίλῳ χρῆσθαι κελύσας, &c. Martialis scyphos auorū uo  
 cat uasa potoria, quæ & archetypa dicuntur ab eodem,

Nec thuris veniant leues felibræ:

Sed lances ferat, aut scyphos auorum,

Aut

Aut grandis reus, aut potens amicus.  
 Illi uero uersus sunt in septimo, quibus scyphos auorum  
 uocat pocula archetypa,

Archetypum Myos argentū te dicis habere.  
 Quod sine te factū est, hoc magis archetypū est.

Inde iocus Martialis in Carinum,  
 Argenti genus omne comparasti,  
 Et solus ueteres Myronis arteis,  
 Solus Praxitelis manus Scopæq;  
 Solus Phidiaci toreuma cœli,  
 Solus Mentoreos habes labores.

Pocula Mentoris manu facta M. Tullius in sexta in  
 Verrem, toreumata uocat, his uerbis, De hoc Verri dici  
 tur, habere eū perbona toreumata, in his pocula duo que  
 dam, quæ Heraclea nominantur, Mentoris manu sum-  
 mo artificio facta. Quæ pocula archetypa Martialis nu-  
 mismata uocare uidetur cum ait,

Nec confessorum uicina numismata tantum,  
 Aera sed à cuneis ulteriora petis.

Aera uetera Tullius in Verrē uocat prima stipendia  
 hominis militaris.

L. Crassus orator duos scyphos Mentoris artificis ma-  
 nu cælatos habuit, emptos sestertijs centum. Confessus  
 tamen est, nunquam se ijs uti propter uerecundiā ausum.  
 Author Plin. Illud adijciā, quod nec alienū à proposito ui-  
 detur, nec parū prodesse ad retundendā nostrorum seue-  
 ritatem possit, D. Claudium Cæsarē conuiuæ qui pridie  
 scyphum aureum surripuisse existimabatur, reuocato in  
 diem postero calicem fictilem apposuisse. Author Plu-  
 tarchus in libello De cohibenda iracundiā.

Modiolus, uas paruum, factū ad modij similitudinē,  
 cuiusmodi ferè sunt ea quæ gobelleta, dicimus. Et Venetijs  
 Latini



Latini uocabuli uestigia uulgo retinent: uocant eñ *mozol* quasi modiol, propter affinitatē d, cū z, ut nos admonuit uir egregie triplici lingua doctus Hieronymus Aleander Archiepiscopus Brūduſinus. Vitruuius, ita cū rota à calcantibus uersabitur, modiolī pleni ad summū elati, & rursus ad imū reuertentes infundent in castellum.

In l. Medico, ad finem: uiriolas ex smaragdis. Viriolas designare uidetur Iuuenalis cum ait,

Nil non permittit mulier sibi, turpe putat nil,

Cum uirides gemmas collo circumdedit, & cum

Auribus extersis magnos commisit elenchos.

Viriolæ enim, ut opinor, fiebant è gēmis uiridibus, ad colli ornamentū. Ista uero, ne te decipiam lector optime, mea est coniectura: nihil enim quicquā istarū uiriolarum apud quenquā authorū de his qui probātur, cōscriptum inuenimus, etiā si sint q̄ apud Plin. lib. x x x i i i, cap. i i i, uiriolæ legāt: quo in loco, Vxorię lego ex uetustissimo & emendatissimo codice. Fibularū enim mentionem facit Plin. tam uiriliū q̄ uxoriarū. Verba autē Plinij sic habent. Sed in militia quoq; in tantū adoleuit hæc luxuria, ut M. Brutī Philippicis cāpis epistolæ reperiātur frementes, fibulas tribunitias ex auro geri. At Hercules, idem tu Brute, mulierum pedibus aurū gestari tacuisti: cuius sceleris nos coarguimus illum primum, qui auro dignitatem per annulos fecit, ut habeant in lacertis iam pridem & uiri, quod è Dardanis uenit, itaq; & Dardanum uocabatur. Vxorix Celticæ dicuntur uiriles Celtibericæ. Quo loco sunt qui legant uirię, alij uiriolæ. Viriolarū meminuit & Paulus Iureconf. in l. Si tibi electio, supra De optione uel electione leg. Quod quid fuerit, mihi incompertū est.

The first part of the book is a general  
 introduction to the subject of the  
 history of the world. It begins with  
 the creation of the world and the  
 fall of man. It then proceeds to  
 the history of the various nations  
 and empires that have existed  
 since that time. The author  
 discusses the rise and fall of  
 the Assyrians, Babylonians,  
 Persians, Greeks, Romans, and  
 the various kingdoms of the  
 Middle Ages. He also touches  
 upon the discovery of America  
 and the progress of the world  
 to the present time. The second  
 part of the book is a history of  
 the Christian religion. It begins  
 with the life of Jesus Christ  
 and the establishment of the  
 church. It then follows the  
 history of the church through  
 the various ages, from the  
 apostles to the present time.  
 The author discusses the  
 various heresies and schisms  
 that have arisen in the church  
 and the efforts of the popes  
 and councils to reform and  
 unify the church. The book  
 concludes with a description of  
 the present state of the  
 Christian world and a  
 prediction of the future.



ANTONII  
 THYLESII CO-  
 SENTINI LIBELLVS  
 DE COLORIBVS

O

## LECTORI S.



VVM permulta, Lector, à Bayfio, in  
 libello De reuestiaria potuiffet dici,  
 quæ ad colorum uarietatem cogno-  
 scendam uiderentur apprimè esse ne-  
 cessaria: ne tamen etiam id à sua dili-  
 gentia requireres, quod ab alio tra-  
 ctatum iam fuerat, & elegantiffime  
 explicatum: maluit uir prudens, & tuæ utilitatis aman-  
 tiffimus, authorem ipsum, à quo hæc copiose desumas,  
 his libellis subnectere, quã ipsemet desumpfisse, & suis  
 scriptis inseruiffe: ne uideretur bonum authorem pro-  
 pria dignitate ac laude spoliare uelle. Qui animus uti-  
 nam permultis idem esset, à quibus quotidie noui ne-  
 scio quid prodit: scirent certè omnes quarum rerum  
 quisque uerus esset inuentor: quis honor, quæq;  
 gloria iis esset tribuenda, qui suis scriptis  
 studiosorum laborem magno-  
 perè subleuarent. Vale.



ANTONII THYLESII  
COSENTINI DE COLORIBVS  
LIBELLVS.



ICAM aliquid de coloribus in hoc libello, non quidē unde conficiātur aut quæ sit eorū natura: neq; enim pictoribus hæc tradūtur aut philosophis, sed tantū philologis qui Latini sermonis elegantiam studiose inquirūt. Scribam omnia breuiter & accuratē, ac rerum ipsarū nomina quo statim colores intelligantur, singulis apponam.

COERVLEVS

CAP. I

**E**Xordiar primū à cœruleo: quo nisi natura ipsa maxime gauderet, nunq̄ p̄fecto deorū hoc domiciliū, continuo circum complexu cuncta coercens, Specie tam læta uniuersum exhilarasset, reliquos deinde cōtexam. Cœruleus igitur dictus quasi cœluleus, ut ex uoce ipsa apparet, p̄prie color est cœli, sed serenit̄ id quod Ennius respiciens, Cœli inquit, cœrula templa, atque inde ab omnibus mare appellatur cœruleum: refert enim illud eundem, quē ab ipso superne accipit cœli nitorem. Quare ex antiquis nonnulli, ut alterum Homeris opus, propter cædes, de quibus illic poeta loquitur, colore exornabant sanguineo: sic Odysseam, ubi Ulyssis idem maritimos scribit errores, membrana contegebāt cœrulea. Sed quoniam cœrulei quædā species est penē nigra, ut quod Indicum dicitur, eoq; olim uestitu Græcæ mulieres amicis producebant eorum funera, quorum in cœlum animas migrasse cœruleum existimabant

stimabant: idcirco pro tristi nō nunquā capitur, ut apud Virgiliū puppis cœrulea Charontis, Imberq; & sol cœruleus. Cucumis autem cœruleus, nam id quoque legitur, Melopeponem significat, qui inter cucumeres, multa enim sunt eorum genera, pulcherrimus est. Nec tantum cœrulei uidetur particeps, sed ipsius quoque mundi gradus, introrsum uersus, attenuatos ostendit, ut hoc olim de eo lusimus,

Quis neget è cœlo missum formamq;, coloremq;,

Atque gradus cœli, Nectaris atque refert.

Est enim sapore suauissimo. Sine ulla dubitatione, quod nos cœruleum, Græci dicunt Cyaneum, in quorū etiam commentariis Lazurion inuenio. Ascribitur huic generi, qui uenetus olim nunc uulgo *blauus* nuncupatur color, ex factione Circensi ualde nobilitatus. Fuerunt autem colores in Circo, præter hunc uenetum, roseus, albus & prasinus: quibus auratus postea, purpureus & luteus additi sunt. De iis loco dicemus.

CAESIUS.

CAP. II

**C**Aesius uero si dictus esset, ut doctissimi uiri monumentis olim tradiderunt, quasi cœlius à cœlo, eadem foret in cœlo & cæsis diphthongus. Constat autem esse in iis uocibus diuersam: nihil præterea differret à cœruleo, quando id, ut ostendimus, à cœlo deductū est: differt autem sine dubio, uel ex ipsius M. Tullii auctoritate, cuius hæc sunt uerba in primo de natura deorum libro, Cæsius oculos Mīneruæ, cœruleos esse Neptuni. Ad hæc, non quemadmodum legimus cœlum, mare, uel stem, florem cœruleum: ita legimus cœlū, mare, uel stem, florem cæsiū: sed oculos tantum cæsius ueteres dixerunt, quibus inest fulgor quidam uisu horrēdus. Vnde existimo, sicut Cæsar, & Cæso dicuntur, à cædendo: ita cæsiū



caesium à caede nominatū esse: ut qui caesus sit, caedem quodāmodo oculis minari uideatur: qualis praelio gaudens & caede dicitur fuisse Minerua, ex quo illa ab anti- quis uocata fuit, ut ego arbitror, caesia. Significat hoc M. Cicero, ubi de Catilina ait, Notat & designat oculos ad caedem unum quenque nostrum. Hic, qui oculis ad caedem senatores designabat, caesus erat. Cuius etiam oculos Sallustius insignis historicus, fuisse tradidit foedus, id est caesos, Cuiusmodi memoriae proditum est, Neronis quoque oculos fuisse: quod ipsum non leue fuit argumentum tyrannicae crudelitatis. Quin à Terentio caesij hominis facies dicitur cadauerosa, hoc est immanis, & saeuitiam arguens, qualem sicarii praese ferunt & carnifices: quauis alii parum erudite cadauerosam pro subliuida exposuerint. Enimvero leonis oculos si quis inspexit, qualis sit hic color, intelligit. Micant illi, ut sturdiose ipsi propè considerauimus, uelut ignis penitus flammans. Dicitur color hic Graece ab omnibus glaucus, quod uerbum longo iam usu Latini poetae suum fecerunt. Latius tamē patet glaucus: nam praeter oculos noctuinos, quos, ut auis ipsius Graecum nomen declarat, omnes glaucos esse confirmant: multa quoque dicuntur glauca, ut ulua palustris herba: ut salix, cuius quum frōdes, tum multo magis cortex in ramis, praesertim an- niculis, nitet hoc colore. Quē laudat Virgilius in equis, eosque noto carmine glaucos appellat, communi Italorum lingua baios nominatos. Nam spadices honesti ab eodem poeta ibidem uocati, illustriores sunt aliquanto, baii & ipsi, sed clari uulgo nuncupati: atque ii duo aliorum omnium maxime probantur colores in equis. Uelut igitur & salix, quas idē Virgilius glaucas dixit, equi item species optima: castaneae etiam nucis tunica, aliaque

multa, præter Leonis ac noctuæ oculos, colorem glau-  
cum ostendunt. Sed ut unde discessi, redeam: quando  
cæsius color tantum est oculorum, uidendum est, ne is  
sit potius quem Aristoteles charopon uocat. Sic enim  
ab illo dicitur leo ab oculorum sæuitia, quem Catullus  
poeta doctissimus cæsiū appellat. Vnde Hercules co-  
gnomento dicitur fuit charops, quasi iracunde intuens.  
Nam chara Græce, ira quoque dicitur Latine; & ex eo  
dem ut puto, horrore Charybdis nominata est, & Char-  
ron; de quo cum inquit Virgilius, Stant circum lumina  
flamma, Cæsiū uoluit senem illum horribilem, ac di-  
rum significare. Quauis non nesciā, charopon ab aliis  
aliter quoq; exponi.

A T E R      C A P. III

**H**orribilis etiam color est ater dicitur, omnino uer-  
lut anthrax, id est carbo: nam propriè est carbo-  
nis extincti. Quare scitè ut omnia, Terentius, Tam ex-  
coctam, inquit, reddam atq; atram, q̄ est carbo. Et inde  
à Virgilio cinis dicitur est ater, & fauilla atra. Sanguis  
præterea caloris atq; coloris ignei particeps, effusus ac  
frigefactus amisso rubore, tanquam in carbonem muta-  
tus, ater ab omnibus uocatur. Dicitur & mors atra, quia  
cadauer extincto calore illo uitali, quo corpus alitur,  
atrum relinquitur, ut est carbo, quæ mihi perquam ele-  
gans uidetur similitudo. Quid quod dies atræ eadem de  
causa dicti fuerunt: Qui enim luctum afferebant, carbo-  
nibus: ut contrà dies læti scrupis signabantur gypseis,  
ex quo Horatius ait: Creta, an carbone notandi.  
Differt in hoc à colore nigro, quod ut omnis ater est ni-  
ger: sic non omnis niger est ater; horrèdus est hic, tristis,  
uifu iniucundus, lugentibus accommodatus, ille contrà  
nōnunquam lepidus ac uenustus: ut humani oculi sunt  
complures, quos nemo atros diceret, sed nigros, iisq; ta-  
men



mē nihil maiori cum uoluptate spectamus. Vocabatur autem ater ab antiquis etiam anthracinus, idemq; furvus: quibus longe minus sunt nigri, liuidus & fuscus. Alter ex graui corporis icū proueniens deformitatem habet. Vnde inuidi aliorum bonis, uelut uerberibus laniati, & idcirco exangues, liuidi nuncupantur. Alter non insuauis, & in homine persæpe laudatur. Qui tamen, si modū excedit, ac maxime fuscus est, & quasi nigrescit, pressus dicitur: ut quæ aliquādiu sub prelo uestis pressa nimium coloratur, Legimus etiam equi colorē pressum. Secus uero fasciolæ colorisæ dictæ fuerunt, quæ non saturatæ, sed uix colore aliquo illitæ è coronis dependebant. Est autem forma diminutiua, ut Lycisca, Syrisca. Aquilum ueteres hunc fuscum à colore aquæ uocant, qui inter nigrū est & album, id quod Plato etiam docet.

## ALBUS

## CAP. III

**E**st autem albus color purissimus, quocirca ad animum translatus pro sincero capitur: is nullibi quæ in niue, clarior est, quam tamen atram esse Anaxagoras affirmabat. Sumit̄ p̄ pallido, unde timor albus legitur, & metu exalbuit. Quā ob rem Romanæ mulieres quōda funera sequebant̄ in ueste alba, tanquā mortui quem efferebāt, colorē referret̄. Elucet cādīdus, atq; oculos delectat. At candēs non hoc tantū est, sed p̄ ignito accipit̄. Itaque Veneris humeros recte dixeris cādīdus, uel candēs. Ferrū quod à marito tūditur, non candidū est, sed candens. Eiusdē generis est canus, qui etsi ad alia trāfferatur, proprie tamen est capilli, & barbæ senilis. Nascitur equus nonnunquā canus atque albineus, nō idem qui & cādīdus aut albus, sed huius non expers Est & color albi nigriq; p̄iceps, à Græcis inde Leucophæos, uoce iā à nostris usurpata, uocatus Genus est id coloris natiui, non

non enim inficitur, sed ouis ipsa sic natura quasi pingitur. Hūc sibi secta sacerdotum sumpsit sanctissima, qui nulla tunica lineā penitus induti, pro cingulo recte se uincunt nodosa, ac ligneis tantum calciamentis usi, precario uictum quæritant.

## PULLVS.

## CAP. V

Quæ uero sit pullus, ostendit terræ ipsius color: maior enim illius pars pulla est. Itaque quoniam ea mortuis iniicitur, uoluerunt ueteres, ut qui lugerent, pullis pallis, terræ similibus, essent amicti. Dorsum etiam leporinum proprie est pullum: quam ob rem naturæ ipsius doctus magisterio, terram recētem ab aratro metu pauidus quærit ille, ibiq; nonnunquā stratus, nullaq; re abditus, uenatores, canesq; ipsos prætereuntes, ac sagaciter prope omnia perquirentes, coloris tantum beneficium sapissime latet: & ut in quodam epigrammate de lepore diximus,

Quem fuga non rapit ore canum, non occulit umbra:

Concolor immotum sub Ioue terra tegit.

Nulla arte aut impensa color hic paratur. Natura enim sic prouenit, unde natiuus quoque uocatus est, diciturque ab eo de quo locuti sumus. Iamq; nos Cosentini, apud quos multa antiquitatis uestigia apparent, siquidem & præficæ, ut quōdam, mortuos laudant, & silicernium in usu est, ac nemo sine suorum osculo sepelitur, utriusque sexus uestimentū funebre, natiuum dicimus: quāuis atrum sit illud, & in mulieribus matrimonio iunctis cyaneum, quo Græci, ut dictum est, olim in funere utebantur. Idem quoque Hispanus uocatus est & Bæticus, etiam Mutinensis. In iis enim locis id genus lanæ uidetur. Est autem pullus nomen, ut reor, diminutiuum à puro, uelut à rara uestimenti genere sit ralla, ab opera opella



opella, à terra etiã tellus; ut lana pulla sit pura, nullo alio colore infecta, sed suo tantum & ingenuo contenta. Colorias huiusmodi uestes per se coloratas aliqui dixerunt. Posuit hanc uocẽ Augustus in suo testamento, ubi hæc uerba legebantur, Gauſapes, lodices purpureas & colorias meas. Atq; indidem, ut sentio, dicti sunt pulli equorum, aliarumq; pecudum, quasi puri, nulla adhuc libidine aut labore uiolati. Sunt huic pullo simillimi color impluiatus, dictus uelut fumato stillicidio implutus: & suasus, qui insuasus quoque uocatus, lutum refert. Est autem suasus è stillicidio etiã factus fumoso in uestimẽto albo. Quare haud dubitanter non alius est quàm impluiatus: quanuis aliqui tradiderint colorem omnem, qui fiat insuſcendo, suasum dici, quod illi quodammodo sit per suasum, in alium quemuis colorem ex albo transire.

## FERRUGINEVS CAP. VI

**F**errum longo situ rubiginosum, facile ostendit colorem ab ipso appellatũ ferrugineum: agit enim is, id est refert colorem ferri. Quin & filamenta, quibus sæpe conopæum, & multæ præterea uestes lineæ circumsuntur, ferruginem dicunt infectores. Tunica, etiã nuclei pinei lanugine quadã puluerulenta, ferruginea est. Erat is quoque lugentium color. Itaq; capitur nonnunquam & ipse pro funesto, atq; ea de causa hyacynthi dicti fuerunt à Virgilio ferruginei, quasi lugubres: quia puerum, ut est in fabulis, casu interfectum Apollo diu luxit; atq; in eius foliis uelut epitaphium, in sui doloris perpetuum monumentum inscripsit, non quia uerè floris color sit ferrugineus: est enim is, in quem mutatum ferunt adulescentulum, purpureus. De hyacintho in literatum floſculum transformato fecimus hoc,

P Nil

Nil opus elogio redimire, aut flore sepulchrum:

Ipse sibi flos est, elogiumq; puer.

Eodem modo cœlum uocatur ferrugineum, hoc est uilum & triste: atque apud eundē Virgilium, sol caput suum nitidū in morte Cæsaris texit ferrugine, quasi colorem se induit lugenti aptum: ut tanti uiri cædem sol ipse lamentari uideretur. Nec alia ratione Charontis nauiculam dixit ferrugineam, q̄ quoniam ea una loco Sandapilæ, mortuos omnes uespillo indefessus transuectat.

RVFVS                      CAP. VII

**N**on eundē esse rufum, atq; rubrū, ex hoc intelligi potest, q̄ recte dicitur sanguis ruber, rufus non recte. Rursum barbā & capillū Aenobarbi rubrū ueteres non dixerunt: sed modò rufum, rutilū modò, qui idē est. Quin & canes immolabāt Romani sacerdotes, nūq̄ rubras uocatas, sed quas nūc rufas nūc rutilas appellabāt, ad placandū caniculæ sydus, frugibus inimicū. Ex quo manifestū est rufum rutilūq; eundē esse, id quod ex antiquis etiam aliqui docent. E canis igit̄ colore satis noto, atq; e multo rū barba, & capillo, cuiusmodi sit color rufus, apparet. Hūc rustici in armentis robū, gilūq; olim dixerūt, atq; etiā heluū, ut uini genus est quoddā inter rufum albūq; nulli non cognitū: quod quoniam cerasi colorē refert duracini, *cerasolum* aliqui dicūt Italiæ populū. Sed & burrhā uidem appellabāt uitulā, quæ rostro esset rufus. At homo burrhus est, qui prāsus, cibo & potione rubet: hunc etiam rubidū uocāt. Inuenit̄ & rubeus, etsi aliq̄ nō indocti uocē nō esse Latinā monuerint: cū tñ apud authores nō malos ex uuis nigris fieri uinū forte legat̄, e rubeis autē suaue. Nec nō bos rubeus probei. Verbū est omnino rusticū, nec prorsus idē color est, qui & ruber, sed ad eum proximē accedit. Quid q; ruffeus etiā legit̄: negat quidā e uetustis



ē uetustis grammaticis dici posse, ruffum iubet, ex quo pannus est ruffatus, Vtrunq; certe Latinum est, sed a ratoris magis quā oratoris: habent enim & sua uerba qui ruri uiuunt, urbanis nonnullis inaudita. Ruffeū equum dicunt illi, qui non planē ruffus est, sed aliquāto minus ruboris habēs, idem fere uidetur. Hic autē, quoniā quasi cruentato similis est, hodie *saginat*, quasi sanguinatus uulgo nominatur; quanuis huius nominis nonnūquam equi albescant.

RUBER CAP. VIII

**R**ubrum maxime indicat animantium sanguis, & quo lana inficitur, coccus: granum id à nostris uocatur, unde uestis est coccina, nulli ignota. Ostentat tamē hūc colorē præ cæteris rebus liquor purpuræ, cuius adeo gratus est color, ut siquid paululum habeat ruboris, modò uisu sit illud non iniucundū, purpureum sepe dicatur, ut sunt uiolæ, & uaria florū genera: quin & candidus, is enim quoq; oculos remorat, à poetis uocatur nonnunquā purpureus. Nam & olores purpureos dixit Horatius, & niuem ipsam purpuream Albinouanus. Inuenitur & blatteus positus pro purpureo. Non præter eū est color uiteis frondibus arefactis simillimus, & idcirco xerampelinus Græce dictus. Usurpant hanc uocem Latini: certum enim uitis genus adulto iam autumno pampinis rubet uelut cruentatis, unde nomen coloris inditum est, Rosa ab omnibus nunc dicitur *sicca*. Attribapticas uestes eo colore infectas, quoniam in eapurplea nigresceret, aliqui appellauerunt. De ea re fabellam excogitatam his uersiculis fui complexus, Cæderet immeritæ uitis dum crura, cecidit Ipse sua: & dira cæde Lycurgus obit. Vnde prius uiridis, rubet hostis sparsa cruore Illaso uitis stipite, & ultra nefas.

## ROSEVS CAP. IX

**I**vcundissimus omnium est color roseus, atque huiusmano corpori, si id formosum est quàm similissimus. Itaque os, ceruicem, papillas, digitos roseos poetæ dicunt: id est candidos, rubore sanguinis penitus diffuso cum uenustate: isq; color proprie est quem communis sermo *incarnatum* uocat. Refert enim maxime omnium pueri n̄ itorem ac uirginis: rosam nō Milesiam intelligo, quæ nimis purpurea ardere quodāmodo uidetur, nec rursus albam: sed quæ utrinque decorē accepit, & quia corpus hominis imitatur, quod lingua uernacula carminem appellat, eadem id genus rosarum *incarnatum* nominauit. Cicero colorem hunc *suauem* dixit.

## PVNICEVS

## CAP. X

**A** Phœnicibus color phœniceus, puniceus quoq; dictus flagrat, uelut uiola flammea: atq; ita à multis olim purpura uocata fuit uiolacea, hodie penè nomē seruat: nam *Paonacius*, quasi puniceus dicitur, etsi aliqui uocem hanc uernaculam à pauonis colore faciã uolūt. Phœniceū uero alium ab hoc palma (quæ phœnix Græce est) à se nominauit. Color hic in equo, ut iã diximus, maxime laudatur, qui modo spadiceus, baius modo, badius etiam & baius, uariis nominibus uocatus est. Termites enim palmarum cum fructu spadices, & baia Græci dicunt: unde equus ab equisonibus appellatur baius.

## FVLVVS

## CAP. XI

**E**X omnibus maxime lucet fuluus, quem multa iactant, orichalcum in primis, aurū, ipsæq; etiã stellæ: Quas non extinguunt uenti, non nymbus aquosa Nube cadens: celsa semper sed luce coruscant. Quare Tibullus proprie sydera fulua appellauit. Est & aureolæ species arenæ, quam fuluam dixit Virgilius



lius: & genus quoddam aquilæ ab Aristotele maxime celebratum, colore etiam fuluo. Qui si obtusus quodammodo est, atque obscuratus, uocatur rauus. Iamque sic Horatius lupam appellauit, cuius colorem noto magis uerbo plerique omnes fuluum dixerunt. Tradunt alii qui rauos oculos, quos in cane & ariete laudat M. Varro, inter castos esse & flauos.

Ornat sæpe color hic flauus uirginum, ac puerorum capita: atque in maturis frugibus semper elucet, necnon pro pulchro frequenter positum uidemus.

At luteum nihil æque ostentat, ac flos calthæ & genistæ, ouique etiam uitellus. Croceo est hic perquam similis, sed lucidior aliquanto: ab antiquis flammeus quoque dictus, quoniam eo flaminis uxor flaminica utebatur. Potest hoc loco pallidus poni, ac luridus: mortui color est hic horribilis, ipsiusque mortis, ut poete dicunt, & Plutonis. Ille nonnunquam uel gratus in homine, atque amabilis.

## VIRIDIS

## CAP. XII

**C**uiusmodi sit color uiridis, suppeditat exemplum herbarum multitudo, quarum tanta est uarietas, ut cum earum uis sit infinita, nulla tamen æque, atque ex his aliqua prorsus uireat: sed omnes inter se discoloris uideantur, id quod in reliquis omnibus coloribus appareret. Quare si minus est hic albus aut niger, quam ille: non idcirco nomen albi amittit, aut nigri. Ex auibus autem insignis est hoc colore psittacus, auis inde à quibusdam uiridis appellata, & qua nihil lætius est, smaragdus: maxime quoque lucet uiriditas in genere quodam scarabei, cuius ipse meminit Aristoteles. Is quoniam dorsum habet, nota quadam aureola sic litum atque illustratum, ut lunæ speciem exiguæ sustinere uideatur, non inuenisse à nobis Cosentinis equus lunæ nuncupatur. Fecimus hoc

iam pridem de scarabeis iocosum epigramma.  
 Paruula Sisyphio gens condemnata labori,  
 Quas figula ipsa facit, fertq; refertq; pilas.  
 Pars nigra, ut Aethiopū manus usta coloribus horret.  
 Regia pars uiridi picta colore nitet.  
 Parua micat cuius dorso nota, magna minutis  
 Si conferre licet, luna pusilla uelut.  
 Dixit equum lunæ hinc cognomine Brutia tellus.  
 Quod si bellator sic nituisset equus,  
 Illo capta foret non una Semiramis, essent  
 Centauri & plures, quàm genus est hominum.  
 Egregius est inter colores, qui uirent, prasinus, multo-  
 rum carminibus collaudatus, nunc uiride porrum ab in-  
 fectoribus uocatur.

## EPILOGVS CAP. XIII

**L**ibet epilogum addere, uarietatem propriè de colo-  
 ribus dici, ex quo uestis uaria, discolor est, diuer-  
 sisq; coloribus consuta. Diuisam nunc omnes uocant,  
 & equus uarius nō totus uel candidus uel niger, sed his  
 aliis ue coloribus distinctus: sic & coelum uarium, cuius  
 partes serenæ interlucent, partes nubile tristantur. Atq;  
 alium saepe pro alio, si inter eos affinitas est, colorē usur-  
 pant poetae, ut lumen Mineruæ flauum dixit Virgilius  
 pro glauco, quo uenustatē quoq; esse in oculis dea ostē-  
 deret; quemadmodum amictum Tyberis, cuius aquam  
 alibi flauam appellauit, glaucum idem esse cecinit: est  
 enim inter hos colores similitudo & quasi uicinitas. Sic  
 ut iam dictū est, albus pro pallido, ac coeruleus pro sub-  
 uiridi poeticè ponitur, proq; etiā subnigro, multiq; pre-  
 terea inuicē cedunt. Ex omnibus uerò maxime contra-  
 riū sunt albus & niger, quare nihil æque apparet atq; in  
 alba papyro atramentū. Vtebantur ueteres, quod nunc  
 etiam



etiam seruetur, quum librorum titulos notarent, colore puniceo, in honorem memoriamq; Phœnicum, quos literarum tradunt fuisse inuentores. Sunt etiam è coloribus aliqui incerti, qui intuentium oculos fallunt, ut est cœli nitor, q̄ quum tenebrosum quidam autument, illustratū radiis solaribus cyaneum uidetur, ut iris, ut quas suspicimus nubes nonnunq; ignescere, ut mare ipsum, quod præter cœruleū, modo atrū horret, modò uirescit, interdū etiā flauū, raurūq; se ostendit, aut specie quadā purpurascit uiolacea. Non idē quoq; decor in collo cernitur colūbæ & pauonis, unde aues sæpe dicuntur uersi colores, quale est serici genus satis notū, quod è diuersis partibus spectanti, non eundem offert coloris leporem.

Difcolor autem non modo pro uario sumitur, sed si quid eūdem colorem uelut radios quosdam diffundit, ut, Difcolor unde auri per ramos aura refulsit. At decor is dicitur, ex cuius ore color defluxit, & exanguis relicus est, atque idcirco pro deformi capitur & nigro, ut decolor Indus: nam concolorem eiusdem esse coloris nemo ignorat. Ad hæc colores bifariam diuidūtur, nam austeri uocabantur reliqui omnes, præter minium, purpurissum, cinnabarim, armenium, chryfocollam, indicum, quos floridos dixerunt. Sed hæc pictores uideant, quibus olim in usu tantum erat melinus color, candidus, Silaceus, qui inter cœruleos nominatur, Sinopis genus rubricæ, & atramentum. Quidam etiam suaues dicti sunt, ut flauus, purpureus, candidus, in prius colore suauius uidetur. Inesse uerò coloribus suaui-  
tatem, præter quàm quòd sensus ipsi iudicant, egregij Latinitatis authores ostendunt, M. Cicerò & Virgilius Maro, quorū alter suaue hominis colorē dixit, ab altero

suave rubens hyacinthus uocatus est. Alij tristes sunt & lugubres, uelut atrum esse dicimus, pullum, ferrugineum, & cœrulei speciem. Quin ut uidentur, sic sordidi etiã aliqui dicti sunt, ut de quibus locuti sumus, suauis & impluuiatus; iis enim rei ut misericordiam apud iudices captarent, se deturbabant. Talem quoque fuisse ueritum Charontis ostendit, cum inquit Virgilius, Sordidus ex humeris nodo pendebat amictus.

Iam uerò colores partim nominati sunt à locis, ut Puniceus, Tyrius, idemq; Sarranus. Purpurei sunt hi, Indicum, Sinopis, Melinus, Hispanus, Bæticus, Mutinensis, de quibus dictum est. Colossinus à Colosso urbe in Troade, ubi lana inficitur, florem referens cyclamini, quod tum rapum, tum terræ malum, ac tuber uocatur, à nobis Cosentinis terrigena, fulget flos ille inter candorem & purpuram. Partim à metallis nuncupati sunt, ut plumbeus, ferrugineus, argenteus, aureus. Sed à plantis nomen acceperunt cōplures, ut præter phœniceum, id est palmeum, ac xerampelinum, Buxeus est qui pro pallido sumitur; pallet enim præ cæteris buxea materia. Roseus præterea hyacithinus, in quo purpura lucet sub nigra. Hysginus ab hysge herba; coccinus, & utriusque similis sandycinus. Violaceus qui & ianthinus, ex quo tyrianthinus, è purpura ut nomen indicat, factus, & uio la. Additur his croceus. Vnde crocotula uestis genus, ut à calta caltula; à bysso lini genere tenuissimo byssina; erantq; hæ omnes luteæ, sed byssina penè ut aurum fulgebant. Fuit in usu uestis à citri similitudine, citrosa dicta. Et quædã coloris candidi, papauerata à Lucilio Sartyrico, cum eam, ut probrum, Torquato obieciisset, nominata. Inuenitur quoque Galbia uestis alba à Galbanone. A maluæ itẽ flosculo color est molochinus, ut à Punice



nica etiam flore balaustinus. Virentis quoque porri fo-  
 lia nomen ex se, ut iam diximus, fecerunt prasinum.  
 Multi præterea ab animalibus uocati sunt, ut ceruinus,  
 murinus. Atque hi colores sunt in equo notissimi. Mu-  
 stellinus, de quo Terentius. Ictericus, qui regio morbo  
 laborat, à colore galguli, quam Græci auem icteron di-  
 cunt. Luteus est hic admodum. Cygneus, idemq; Lati-  
 nè olorinus, id est candidus, ut contra coracinus, niger.  
 Ascribunt & his ostrinus, conchylatus, muriceus, pur-  
 pureus, ab Hercule ut fabulantur, primū inuentus. Feci  
 paucos de ea re choriābos, quos uisum est hic ponere.  
 Errat dum bibulis Hercules littoribus canis,  
 Nantem fortè uidet spumifero gurgite purpuram:  
 Aggressusq; ferox corripuit uiscera mordicus.  
 Mox pastus rediit commaculans gramina sanguine.  
 Quē Tyro simul ac pulcra uidet (nāq; erat hæc comes)  
 Prolutum roseis candida sic ora coloribus,  
 Alciden alloquitur, Non alio munere te sequar,  
 Quam si picta mihi palla rubens huic similis datur.  
 Quod nunc per spoliū terrificæ te rogo belluæ,  
 Inuictæq; manus robor, per tela sonantia,  
 Non ignota auibus nūbila translata fugacibus,  
 Da ferre hæc (poteris nam omnia) nec te tenuit maris  
 Circum fusa palus, hesperidum quo minus aurea  
 Ferres munera. Sic brachiolis fata reuinciens  
 Robusta implicuit nympha procax colla tenaciter.  
 Paret uictus amans blanditiis Amphitryonius:  
 Nactusq; exanimē, quā expuerat iam mare, purpuram,  
 Infecit tyrio primus ouem murice candidam.  
 A rebus denique diuersis nōnulli colores dicti sunt,  
 ut igneus, flammeus. Sic orbis nitorq; solis ab Attio &  
 Catullo appellatus est. Quare color solis, & quia ita ap-  
 paret

paret, & ex illorum autoritate flāmeus proprie potest uocari. A cœlo, ut iam principio dixi, cœruleus est. Marinus, & thalassinus à mari; ab unda cymatilis & cymatius; idemq; est in iis omnibus color. Quinetiam ab arcu pluuiarū nuntio, arquatus est nominatus. Hyalinus, qui & uitreus, niueus, marmoreus, lacteus, eburneus, q̄ dictus fuit cognomēto propter candorem corporis Paphibus quidam. Amethystinus præterea, ex quo tyriamethystus in usu fuit olim. Sandaracinus, flammeus est is, quibus etiam impluuiatus, sanguineus, atque herbidus adduntur. Careus item, piceus, cinereus, ut cardui genus esculenti à colore, Cinara uocatum. In hoc autem carduo esse etiam aliquod ipsius uirtutis simulachrum, pauci, quos hic subiici, declarant uersiculi.

Vt uallatus acutis  
 Circum frondibus horret,  
 Intus sed tamen abdit  
 Dulcem carduus escam;  
 Cœlo missa sereno  
 Sic uirtus, puer aspris  
 Ambit sentibus ipsam  
 Lucundam ambrosiam Diis.

A spumis quoq; & maculis, spumeus est & maculosus; atque ij equorum sunt etiam colores, ut à guttis guratus; cuiusmodi præter equos, canes uidentur nonnulli sagaces, quos à muscarum similitudine muscatus dicunt, uelut equus scutulatus à scutulis; quem ab exiguum pomorum specie, pomulatum uocant equifones, & si orbis sunt latiusculi, rotatū. Videtur ad extremum natura amare cœruleū; eo enim, ut initio diximus, mare collustrauit, ac cœlum ipsum; quod nunquam stellis fulgentibus ornasset, nisi eadem quoq; fuluo maxime delectaretur



lectaretur. Sed quia uicissim uidemus terram, aut uiriditate conuestiri, aut eo ornata spoliata, pullam esse, aut etiam candore niueo contegi; uiridem, pullum, atque album naturæ gratum esse nemo potest dubitare. Nigra insuper est nox: nigri sunt Indi, atque Aethiopes.

Gaudet igitur rerum mater colore nigro:  
quam à rubro nihil abhorre, hominum,  
ac cæterarum animantium  
sanguis facile declarat.

LIBRI DE CO/  
LORIBVS  
FINIS





# INDEX TAM GRAECARVM

QVAM LATINARVM DICTIONVM

quae in his quatuor libellis explicantur.



Vli Hir	Amethystiatus. 167	aptæ naues	46	ἄελαυλοτομοί	274		
tij locus	amethystini & hya	aquila color	311	balaustinus	321		
paginis	cinthini differen	Archetypa	297	balius	316		
24. 37.	tia	171	argo	11	baltheus	230	
Abolla, pagina	220	amethystinus	167	ἄργυρολόγοι	136	bapt. Aegnatus	183
ἄβολα	89. 121	ἀμῖς	286	ἄρμυροῦ	122	Biremes celeres	25
acanthion	177	amiculum	222	arquatus	322	biremes leues	25
acapna ligna	238	amphimalla	219	artemon	121	biremis	17. 24
ἄκαπνα	90	ἀμφυειῶν ἄκα-	artolagani	261	bisina	320	
accincti	184	τιοῦ	91	ἄρτος ναυτικῶς	118	Blateus col.	178. 315
accubendi mos	294	amphitapa	218	Asbestinum	176	blauus	308
acernæ mense	292	ampulla	283	asyntheta	271	Bombyces & bom-	
ἄκερνος	45. 119	Anademata	285	Ater	310	bycina	180
acroteria	147	anaxyrises	235	athenei locus	281	Erachæ	236
acruaria	87	anchora & anchor	128	attalica	182	Bubali	282
acruariolum	88	ralia	128	Aurea uestis	181	buccinum	165
ἄκρουαριῶν	134	ἀνδρείου	193	ἄυλωτοῦ ναῦς	136	budæi laus	188
era uetera	298	anserculus	130. 146	austeri colores	319	bulbus lanifer	177
arate naues	69	antenna	119. 145	αὐτόφορο	126	bullæ	197
es Corinthiū & Der	287. 288	ἀνδρινῶν uestes	199	κωλς	136. 137	burrha burrhuss	314
ἄγαλμα	254	ἀνθλος	113	Abylōica uel buxeus	320		
γαλμα	128	anthracinus	311	stes & stra Byssina & byssus,	320		
ἄγκυρα	293	Aperta nauis	32	gule	282	177 &	
ἄγοραεῖς	26	ἀπόγεια λύσα	-	badius	316	C Acabus	253
Abenum	283	ἀραι	129	baticus	312	C Careus	322
Alabaster	163. 311. 318	ἄροαλδίου	129	baius	316	caesius	308
album	172. 199	ἄποφο	193	βαλαντιοκλέ	-	calantica	234
ἄλγυς	104. 113. 145	arriani locus	88	πῆαι	275	calix uitreus	278
aliuus	24. 88	ἄφρακτα	24. 88	βαλαντιοῦ	228	calos	145

candens & candi'	celoces	71	κίττεις	231	palliate	160	
dus	311	centaurus	130	citrea mense	292	concha	269
candidati	187	cēturipina nauis	32	citrosa	320	cōchyliata uestis	170
candys	235	κοράια	119.120	Classis	134	conchyliatus	321
canus	311	cercuri	95	clauī purpurei	213	conchylium	167
canusinae lane &	cervicalia	295	⊕	251	concolor	319	
canusinatus	160	cervinus	321	clauus	135.145.213	conscēdere nauē	138
capedo	259	καλκόμεβοιοι	69	clauate uestes	183	constrata nauis	33
capital	230	χαλκώμας	69.288	Coa uestis	180	κοντωτά	110
capitia	228	chara, charopos	310	coactilia	237	κώπται	125
capitolini locus	238	χειρὶ δ'ωταί	209	coccina	173.315.320	κωπηλοτέρη	135
captina nauis	134	χειρόμακτρα	176	κόκκος βαφικῆ	173	κωπήρης	88
carchesium	120.145	⊕	177	coccus	172.315	coracinus	321
carina	113.145	χόματα	251.290	codices	142	κόραξ	132
caristius lapis	176	χλωίσκ⊕	130.131	coelius	162.308	corbis	149
carruca	243	⊕	146	coena ueteribus	294	corbita	85.145
carteia	166	χιτών λιπῶς	176	caeruleus	162.164	corinthium as	287
castaneus	163	χιτών πλατύσιμ	⊕	307	cornua	120.145	
καταδύειμ	128	μ⊕	213	casius	162	coruscatio	164
κατάφραξις	36.88	χιτών περιπόρη	Colorum diuisio	319	Κρατῆρδ	48	
κατασχοπικῶ	92	ρ⊕	195	colorum nomina un	χειροί	130	
cata scopium	93	χιτώνιον ἐχέσπερ	de ducta	320	croceus	320	
κατάσρωμα	113	κρη	210	colores incerti	319	crocomagma	282
123	⊕	145	χιτών χιρῶς	216	colores lanarū prae	crocotia & crocotia	163
καθαρόν	193	χλαῖνα	221	cipui	161	rij	167
catinus	248	chlamys	203	de colorib.	162.307	κροκώτιον	163
catonis fides	223	χλαῖνις	221	coloria uestes	313	κροκωτός	163
& frugalitas	208	chrisendeta	256	colorisca fasciola	311	crocotula	163.320
caudex, caudica	142	Cibila	290	colossinus	320	κρωσοί	287
causia	204.224	ciceronis locus	88	colum niuariū	274	κρούειδα	πρῶμ-
Κέλευς	10.93	cidaris	232	columba	145	κρούμα	116
κελευσιον	94	cinctura, cinctus, cin-	comagenū unguen-	crusta, crustarij	256	crustallus	270
celetizōtes pueri	95	gulum	229	tum	279	Cubilia uiatoria	198
κελευσις	118	cinereus	322	comædia togata &			





δακρός	81.82	lagena & laguncu/	Μ	Ακρά	Miliarium	264		
δακρυον	283	la	287	πλοια	13 mitra	250		
holoserica uestis	178	lanarum genera &	Μολχμοι	126	Modiolus	298		
όπλατωγορός	83	colores	160.161	maculosus	322	molochinus & molo		
hyalinus	322	lances	251	magis	249.290	chinarij	163.320	
hydria	279	lances uarie	246	malabathrum	2	μονήρης ναύς	16	
υπεργεικός	87	lasana	286	malluuium	259	monima Milefia	233	
υποσκαλμός	112	latera nauis	113	malus	120.145	μονόκροτος ναύς	16	
ύσγυνοβαφή	87	latus clauus	212	malum terræ	320	monopodia	295	
hysginum	175	Λεκάνη & Λεκαί	Μαυδ'ύη	226	μονοχίτων	218		
hysginus	320	vis	251	manicatus	210	monoxyla lintres,	104	
<b>I</b> Anthina uestis	171	lesti triclinij	294	mantilium usus	296	pag.	164	
Iacynthinus	320	lembus	91	manus ferreæ	132	moreus	197	
Ictericus, icteros	321	lenunculus	85	margarite	266	Mulierum Rom. pri	261	
Ignis	16	leucophaeos	311	marinus	322	uilegia	170	
igneus	321	Λύκνυθ	283	marmoreus	322	mulsum	321	
Impluuiatus	313.320	λευκρινόη πλοίου	71	martellata uasc.	252	murices	321	
Incrustare	256	Liburnicæ naues	25	martha soror Bay/		muriceus	321	
inhibere	116	27	28	29	sij	179	murinus	269
insitæ picture	183	ligna acapna	238	matella	286	murrhina	321	
instita	227	limbus	227	matellio	287	muscatus	321	
instructa nauis	46	lineæ uestes	176	mauri	292	mustelinus	321	
insuasus	313	lintres	101	Medica uestis	180	mutinensis	321	
intersealmium	112	liuidus	311	megalensis purpu/	μυριοφογ <sup>ο</sup> ναύς	136		
interula	210	Longæ naues	10	ra	168	μυωπύγων	71.72	
ϊογ	171	lorica linea	185	melinū	280.319.320	<b>N</b> Ardinū	280	
ἐπνολεβήπιον	264	λοπείς & λοπέδι	262	melitites	262	Natiuus	312	
Irinum	280	ογ	263	menſe	290.291	nauales socij	135	
isós	120	λουτήριον	259	menſe antiquorum	296	naualia	70	
<b>L</b> Abacioristus, Luridus	317	luteolus	164	menſe ſecundæ	290	ναυαρχίς	85	
lacerna	222.228	luteus color	162	μετὰ ὀδύπια	290	naucella	111	
lacteus	322	Λύσσαδα τὰ ἄπὸ	meta	molendina /		naucicula	111	
lena	221	γεία	129	ria	244	nauigiolum	111	
						nauigiium	110.118	



navium partes	112	ὄλου	293	pellena & pelleni	φυλακίς	78
navium nomenclatu		Ora	145	ca	φύραμα, Φυράνι	8
ra	136	oram solvere	129	pelluuium	φυσάσαι	118
naūs	III	orbes	251	pelues	πίκτος	322
νάυσιμ	135	orbes Mauri	292	πρῆτοιαιδεκῆρ	πίκτα toga	199
nauta	147	ὄρδι & νόμ	116	πρῆτων ὄρ	πίκτα uestes	184.199
τὸ ναυλικόν	134	Ostrina uestis	163	πρῆτης	πρῆ ἀλιου	146
nautilus piscis	28	ostrinus	321	pentiremis	pileati serui	231.232
Νεώλια	135	ὄδονη	122.218	penula	pileus	230.232
νεωλοιοι	135	ὄρηνη	286	penula gausapria	πιλίστου	230
Νηίτις στρατός	134	<b>P</b> Alearum na	84	penula scortea	πιλίου	230
Νηὶ μηδῆς	80	uis	101	penulā scindere	πίναξ	251.290
niger	163	πίκτων ὄρ	217	περίλωμα	πιρaticā naues	71
318	310	palla	216	περίθωρακίς	piscatoria nauis	85
nimbus nitrens	278	palla Gallica	216	περίθωρακίς	pistris	79
nisea	135	palliatus	216	περίθωρακίς	Plaga, plagula	234
niuariū, colum	274	pallidus	164.317	περίθωρακίς	πλάτα	126
niuea aqua	275	palliolutus	216	περίθωρακίς	πλάτα	112
niueus	322	pallium	214	περίθωρακίς	Plinij locus	32
Νόμος πνθικός	106	palmata toga	199	pes	172 177	250
<b>O</b> Βελίσκοι,	263	palmata tunica	213	petasati, petasus	265 &	267
pag.	293	paludamentum	201	πετασάτης	πληρώματα	126
obsonator	293	panathenaicum	280	πετασάτης	πλοία λεπῆα	236
obsones	293	parauerata	320	φάσκουλον	πλοία ελιου	118
ὄκτῆρης	41	parafemon	130.145	ρηάσῆλι	plumbari	242
oculus	145	παρασύνεση	126	ρηάλα	plumbei	188
oedia calciamēta	283	σός	252	ρηάλιον	plutarchi locus	ema
oenomeli	261	paropsides	251	ρηάτικος	culatus	118.142
ὄλακίου	259	patella	249	ρηάτικος	ποδωνδ	125
olla	265	patina	321	ροινικίς	pollucis loci	120
olorinus	321	patina Aesopi	249	ροινικίς	251 &	253
oneraria nauis	80.83	tellij	71	ροινικίς	polymita	184
onyx	233	πράκτικαί	259	ροινικίς	pompilos piscis	28
opiferi funes	145	πράκτικαί	259	ροινικίς	pomulatus	322

pontones	77	φορ	264	rostra, templum	70	σκαδς φορ	91
πόρεια	77	Pterna	20, 145	rostrata naues	69	schedia	104, 106
πόρεια	76	Pullus	312, 523	rostrum tridens	145	scortica penula	225
πορφύρεος	172	puluini	295	rotatus	322	scutulatus	322
πορθημει	78, 89, 101	punica nauis	29	Ruber	162, 315	scutulatu textu	160
πορθημός	78	puniccus	316, 320	rubeus	314	scypphus	297
πορθημα πλοια	101	puppis	116	rubidus color	162	Seleucides trirem	80
πός	124	pura toga	192, 194	rudentes	145	seneca locus	142
Præcingere	185	purpura iuëtio	164	rufus color	162, 314	sentina	113
predatorie n.	70, 71	purpura pretiu	166	russatus, rousseus	162, 314	seres, serica	178
presidiaria nau.	78	purpureus	164, 315	russus	314, 315	sericum	180
prætexta	168, 194	πύργου	123	rutilus	162, 314	sericum à σίρ	178
	200	pyreus	135	<b>S</b> accularij, saccu sextans			271
prætextati	194, 198	<b>Q</b> uadræ	251	Slus, saccus	274	Sidonia nauis	29
prætoriana nauis	70	quadrās	188	sagatus	220	sigilla	255
præsinus	318, 321	quadrarem	32	saginus	315	signum	254
pressus	311	quinquunx	271	sagulum	220	silaceus	319
prelsis	79	quiqueremis	37, 78	sagum	219	findon	218
proaries	261	<b>R</b> apū terre	320	in Salo esse		finopis	319, 320
præictū testamētū	187	rara, ralla	312	σάλοι	129	σιταγωγός	82
promulsis, & pmul		ratis	106	σάμανα	136	σιπηγός	81, 82
sidiaria uasa	261	rauus	317	samsucinum	280	Spadiccus color	162, 316
πρόπλοινής	92, 136	Remi	125, 145	sandaracinus	322	spadix	162, 316
πρόφυλακίδες	136	remiges	126, 147	sandycinus	320	speculatoria nau.	95
propugnatores	123	remulco trahere	76	sanguineus	322	speculum	258
πρώρα	116, 145	repositoria	259, 293	sarra, sarrana	167	sportula	188
πρωράτης	117, 147	restis, reticulū	230		320	spumeus	322
proreta	117, 147	ρίψ	104	sartago	263	Stola	157, 158, 217
πρωρός	117, 147	rhodia naues	29	Scalmus	112	stolati	192
πρόσκωπος	126	rhytum	211	scapha	86, 104	σόλ	134
prymnesia	145	Rica	230	σκαρίστον	105	Strabōis loc.	17, 176
πρύμνα & πρύμ'		Robus	314	scaphis	286	σρατία ναυλική	154
ναυ κρέατα	116	roseus	316, 320	scaphium	105, 286	σρατιγίς	70
πύραυ		rostra	119, 145	σκάφ	105	σραλιωτίς	85, 156



σρογγύλη ναῦς	13	δύβη	260	τεῖχος	31	uelum	121
structor	293	Tiara	231.235	τριουκίου	135	uela dare, ducere, fa	
Suasus	313.320	τήβωνα & τήβων		tripatinum	250	cere, pandere.	123
Suavis color	316.319	νθ	186	tripes	293	uersicolores	319
subligaculum	237	τήλιου	281	triremis	31.78	uerucula	263
subserica	178	Toga	186	Ἰσικαδικήνης	41	uestis appellatio	157
succinfi	134	toga picta	168	triiūphalis uestis	200	θ	228
Sympullum	248	toga pura	192	τροπίς	113	uexillum	174
Synthesis	192	togati Hispani	192	τρογελία	290	Viatoria uestis	158
<b>T</b> Agosi	125	togatulus & toga	187	trua & trulla	258	uinaria nauis	84
ταροῦς	125	tus, togula	187	trulleum	258	uiolaceus	320
επ	125	τοιχαρχ	118	Tuber terre	320	uiridis	162.164.317
Tecta nauis	33	τοιχ	118	tunica	168.186	uiriole	299
τέλειθ	193	ιγ δέφι	112.113	tunica coccina	214	uitiles naues	102
temo	146	toralia, tori	294	tunica domestica	212	uitreus calix	278
τηρήρης	32	Trabea	199	tunica media	210	uitreus color	322
τδύχη	251	trabearū geuera	201	tunica palmata	213	uitta	234
θαλαμίτοι & θα-	120.145	trachelus	120.145	tunica phoenicea	213	Vndulata uestis	162
λαμία	159.140	tragemata	290	tunica, camisia	210	unguentorum diffe	
θάλαμοθ & θα-		τραγοί	130	tunica	208	rentia	279
λαμιοι	141	transtra	125	tunica maicata	209	urceolus, urceus	275
θαλάμακοθ	148	τραπέζαι	290.293	tunicatus	184.211	urinal	286
thalassinus	32	τραπέζιόμος	293	turres	145	<b>X</b> Erampeli	
thericlei calices	278	trapezophora	259	turrita naues	62	nus	315
theristra	227	τριακοντήρης	41	Tyrianthinus	30	ξύλα λεύσιμα	238
thoraces linei	185	τριακόντορθ	15	tyrium	320	<b>Z</b> Ona	228
θωράκιου	129	τριαρμήθ	122	tyrius & tyriame		ζωσήρ	230
θραυτου	139.140	τελβω	222	thysius	167.322	ζωωτοί	203
θραυθ	141	triclinium	29	<b>V</b> arius col.	318	ζυγίτοι	139.140
θραυθ παρσός	125	triens	27	Vectoria na		ζυγός, ζυγιοι	141
thronus	147	Ἰσημημολία	47	uigia	87		

a, b, c, d, e, f, g, h, i, k, l, m, n, o, p, q, r, s, t, u, x, y, z, A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, L, M, N, O, P, Q. Omnes duerniones: præter s & F, N & P, qui terniones.

ERRATA, pag. 60. lin. 5. tricremiolia. 282. 9. les esse. 10. buffalo uocant.



BASILEAE APVD HIER. FROBENIVM  
ET NIC. EPISCOPIVM ANNO  
M D XXXVII